2

867

Israel Lyons Jun$^{r}$

Nov. 1762.

*Sir George Shuckburgh Bar$^{t}$*

**N$^{o}$ 4**

8534 · d. 13

867

Israel Lyons Jun.r
Nov. 1762.

*Sir George Shuckburgh Bar.t*
**No 4**

8534 d. 13

8534.d.13.

# Hiſtoria Fluxionum,

Sive Tractatus Originem &
PROGRESSUM
Peregregiæ Iſtius Methodi
BREVISSIMO
COMPENDIO
(Et quaſi Synopticè) Exhibens.

K

Per *JOSEPHUM RAPHSONUM* (τοῦ νῦν μακαρείτου)
A. M. & *R. S. S.*

*LONDINI:*
Typis *Pearſonianis*, Proſtant Venales apud *Richardum Mount*,
in loco vocato *Tower-Hill.* MDCCXV.

## PRÆMONITIO LECTORI.

*Quædam Errata Præli prætermiſſa, propter morbum & mortem Authoris, antequam Opus totaliter peractum fuit; quæ emendare Lector deſideratur.*

BRITISH MUSEUM

Illuſtri *Societati Regali Londinenſi*,

AD

Philoſophiam Promovendam,

AB AUGUSTISSIMO

Principe *CAROLO* II.

FUNDATÆ, ET

JAM *SUB* AUSPICIIS

Potentiſſimi Regis,

GEORGII

FLORENTI.

Opuſculum Hocce, Complectens.

Qua par eſt Veneratione,

D. D. C. Q.

Bibliopola.

# Præfatio Autoris.

BRITISH MUSEUM

*INſequentem Hiſtoriam Conſcripturus, duo potiſſimùm agere mecum Conſtituiſſem.*

1°. *Inventiones præcipuas in hoc genere Primis ſuis Authoribus Speciatim aſſerere & Vindicare; & Imprimis D.* Neutono *Inventori Longè, & tempore primo, & Præſtantia Inventionum, præcellentiſſimo.*

2°. *Ut aditus ad hæcce facilius & Explicatius Tyronibus pateſieret, adeòq; ut cuivis Introductionis Loco ad* Neutoniana, Cheynæana, *aliorumque inventa & congeſta in hoc genere inſerviret: Si hæc quadantenus attigerim, Quod mihi propoſui conſequutus ſum.*

*Dum hæc ſub Prælo eſſent, prodiit Liber, ſub titulo* Commercii Epiſtolici, *R. S. juſſu Impreſſus, ea quæ ſparſim in* Walliſio *ſunt, multaſq; alias nondum Evulgatas Epiſtolas inter* Collinſium Noſtratem, Neutonum, Leibnitium *alioſq; Complectens. In quibus Nuda Rei veritas, quoad diſceptationem inter* Leibnitium & Neutonum, *de Prima Fluxiorum Inventione, Luce Meridiana clarius apparet. Caput ultimum, ſeu Concluſio, Excerpta quædam ex illo Continet; Cum ejuſdem editio perpuſilla ſit, & nulla Exemplaria in Bibliopolarum manus pervenerint.*

*Hoc, quidquid eſt opellæ, ut Lectorem diutius morari deſinam, cenſuræ ſuæ permittimus.*

J. R.

# CAP. I.

## *De Inventore, vel Inventoribus Fluxionum.*

POST varias *Exhauſtionum* & *Indiviſibilium* methodos ab *Archimede* quidem Inceptas, & dudum poſteà a *Cavallerio* reſuſcitatas & promotas, poſtque Arithmeticam infinitorum a *Walliſio* feliciter quidem ſatis excogitatam, ante verò varia illa infinitarum Serierum Specimina a *Nicholao Mercatore*, & *Jacobo Gregorio* per Diviſionem in Speciebus exhibita, poſtq; *Theoremata* illa præclara *Tetragoniſtica Barovii* in lectionibus ſuis ſparſim prodita, quorumq; partem aliquam (uti jure optimo queritur D. *Craigius*) pro ſuis edidit, & actis erud. inſeruit D. *Tſchirnhauſius*, patet celeberrimum virum D. *Iſaacum Neutonum* circa Annum (ut *Walliſius* ait, & ex MSS. antiquis colligitur) 1665, vel 1666, in Methodum illam peregregiam Fluxionum incidiſſe, cujuſq; ſpecimina quædam dedit in *Analyſi* ſua *per æquationes numero terminorum infinitas* quam *Barrovius* Anno 1699, ad D. *Johannes Collinſium* miſit, ut & in Epiſtola ſua 10 *Decem.* 1672, ad *Collinſium* miſſa. Circa initium quidem Anni 1670, *Collinſius* literis ad Clariſſimum Virum D. *Jacobum Gregorium* conſcriptis ſignificavit D. *Iſaacum Newtonum* Methodi Quadraturarum generalis compotem eſſe, uti teſtatus eſt D. *Dav. Gregorius* in Exercitatione ſua Geometrica Anno 1684, publicata, pag. tertia, & inter cæteros quidem, Anno 1676, eandem in Epiſtola quadam ad Celeberrimum Virum *G. G. Leibnitium* miſit, & ejus beneficio Analyſin ad omnia fere Problemata ſeſe extendere ſignificavit, ſed abſq; aliis quibuſdam methodis non omnino univerſalem evadere.

*(a)* Eodem porro Anno, ſcil 1676. D. *Newtonus* in Epiſtola Die 24. *Octobris* data, ad Dom. *Oldenburgium* tum temporis Reg. Soc. Secretarium ſcripſit *(b)* ſe tunc *compotem fuiſſe methodi cujuſdam qua* Sluſius *curvarum tangentes ducit, ſed quæ* Sluſianâ *generalior eſſet, in hac enim non hæreri ad æquationes radicalibus unam vel utramq; indefinitam quantitatem (ordinatam ſcil. & abſciſſam) involventibus utcunque adſectas; ſed abſq; aliquâ talium æquationum reductione (quæ opus plerumq; redderet immenſum) tangentem confeſtim duci: Nec in tangentibus tantum & maximis minimiſq; determinandis, ſed etiam in Quadratura Curvarum, & queſtionibus quibuſdam aliis hanc methodum locum habere. Nam & ejus beneficio ſe generalia quæ-*

---

(a) *Vid.* Wall. *Oper.* Vol. II. p. 390.

(b) *Hicce tractatus flammis periit, uti* p. 390. Vol. II. Wall. *videre eſt Vid.* p. 391.

*dum de Quadratura Curvarum Theoremata inveniſſe.* *(c)* Et ibidem Theorema ſubnectit pro Binomiis univerſalibus, quod *Primum* vocat, (hoc eſt) primum Seriei Theorematum ad infinitum, ſeu *infinitinomium*, in ſuo uniuſcujuſq; genere, pergentis; & rurſus alias horum Theorematum pro Infinitinomiis ſeries ſeu progreſſiones ad infinitum uſq; conſcendentium patefacit, uti ſuo loco fuſius patebit.

Problema in quo fundabatur hæcce methodus literis quidem tranſpoſitis ad hunc modum celabat *(6accdæ*$^{13}$*eff*$^{7}$*i*$^{3}$*l*$^{9}$*n*$^{4}$*o*$^{4}$*qrr*$^{4}$*s*$^{9}$*t*$^{12}$*vx)* quæq; ordinatæ hanc conficiunt ſententiam, *Data æquatione Fluentes quotcunque quantitates involvente, invenire Fluxiones; & vice verſa.* Hoc artificio deducebat Problemata ad æquationes fluxionales, & viciſſim ex hujuſmodi æquationibus (vel regrediendo, vel per Quadraturam Curvilinearum, methodumve ſerierum, aut alias artes) fluentes deducebat.

Methodos enim ad æquationes Fluxionales tunc temporis, Ann. ſcil. 1676, accomodaverat, hoc eſt ad *eas æquationes* (ut verbis *Cheynæanis* utar) *ad Fluentes revocandas in quibus Fluentes & earum Fluxiones ita confunduntur ut facile (ſervatis iiſdem indeterminatis) ſeparari nequeant.*

Methodos deniq; univerſaliores ad *Comparationes Curvarum* quæ Geometrice quadrari non poſſunt, eodem tempore concinnaſſet & *(d)* cum amicis quibuſdam communicârat uti e prædicto Cl. *Walliſii* operum volumine ſecundo (ut & abunde e tractatu de Quadratura Curvarum) patet; adeo ut vix dici poſſit, anne aliorum omnium in hiſce inventiones anticipavit, an vero fere omnibus (per communicationem ſuorum diu antequam edita fuiſſent) anſam ſimilia excogitandi, vel potius eadem *Neutoniana* alia forma edendi, ſubminiſtraverit.

Mente *Newtoni* ex Epiſtolis ejus percepta, Vir Celeberrimus D. *Leibnitius* Anno proximo reſcripſit, ſe in parilem Methodum incidiſſe (ut ex ejus Epiſtola in tertio Volumine Operum *Walliſii* impreſſa videre licet,) cujus tamen explicationem (in cæteris ſuis inventis publicandis non raro nimis præproperus, uti in Actis Erud. plus ſemel conſpici queat,) ad Annum uſq; 1684, diſtulerit.

Tandem vero *Newtonus* Anno 1704, Tractatulum quem circa Annum 1676, ex Tractatu antiquiore deſcripſerat, redivivum publici juris fecerit; quemq; circiter Annem 1691. Vir Clariſſ. *Halleius* & ego *Cantabrigiæ* in manibus habuiſſemus, tum quidem prælo paratum, & perlegendo (ab iis quibus eundem mutuo dederat) obtritum, quemq; poſtea reviſendum repoſtulaverit, & ad annum uſq; prædictum ejuſdem publicationem diſtulerit.

*Newtonus* ergò Ann. 1665, & 1666, methodum hance adinvenerit, & Anno 1676, notitias hujuſce ſuæ Inventionis inter cæteros *(e)* cum *Leibnitio* communicaverit, (uti modo diximus) qui multum poſtea ſcil. Menſe *Octobris* 1684, calculi ſui *Differentialis* principia in act. Erudit.

---

(c) *Vid.* Paragraph p. 393. *incip. ſub finem* Epiſt. An. 1676.

(d) *Pag.* 323. *ut ſupra.*

(e) *Princ. Nat. Ph. Math.* p. 253.

publicavit, hoc eſt, non niſi 19 Annos poſt eundem a *Neutono* inventum, & 8 Annos poſtquam notitiam hancce ſibi habuit communicatam.

*Barrovium* porro huic calculo accendiſſe aliquâ ex parte facem quibuſdam viſum eſt ; & hoc etiam fateri videtur *J. Bernoulli* in act. Erud. Menſe *Januarij* Ann. 1691. hiſce verbis, *Quanquam ut verum fatear, qui calculum* Barrovianum (*quem decennio ante in Lectionibus ſuis Geometricis adumbravit Author cujuſq; Specimina ſunt tota illa Propoſitionum inibi contentarum farrago*) *intellexerit, alterum a Domino* Leibnitio *inventum ignorare vix poterit; utpote qui in priore illo fundatus eſt, & niſi forte in differentialium notatione, & operationis aliquo compendio ab eo non differt.* Poſtea vero (Menſe ſcil. *Junij* ejuſdem Anni) ne nimium hic conceſſum videretur, audi eundem loquentem de Inventione hacce (uti ille vult) *Leibnitianâ* ; *cæterum in hiſce Problematîs omnibus quæ quis nequicquam alia tentet methodo, calculi* Leibnitiani *eximium & ſingularem uſum eſſe comperi, ut ipſum propterea inter primaria ſœculi noſtri inventa cenſendum eſſe æſtimem. Quanquam enim ut nuper innui, anſam huic dediſſe credam calculum* Barrovij *qualem appello, qui ab hujus viri tempore paſſim fere apud Geometras præſtantiores invaluit, quemq; etiamnum nobiliſſimo* Tſchirnhauſio *ſolennem eſſe video : Hoc tamen non eo intelligendum eſt, quaſi utiliſſimi inventi dignitatem ullatenus elevare, aut celeberrimi viri laudi quicquam detrahere & aliis adſcribere cupiam ; & ſi quæ conferenti mihi utrumq; inter illos viſa eſt affinitas, ea major non eſt, quam quæ faciat ut uno intellecto, ratio alterius facilius comprehendatur, dum unus ſuperfluas & mox delendas quantitates adhibet, quas alter compendio omittit ; de cætero namque compendium iſthoc tale eſt, quod naturam rei prorſus mutat, facitq; ut infinita per hunc præſtari poſſunt, quæ per alterum nequeunt : Præterquam quod ipſum hoc compendium reperiſſe utiq; non erat cujuſvis, ſed ſublimis ingenii & quod Authorem maxime commendat.*

Ut res ipſa autem quam clariſſime appareat, mecum conſtitui ipſa primorum Authorum inventa præcipua ſuis quidem verbis ſynoptice exhibere, & additis hinc inde quibuſdam explicatiunculis, quo melius etiam praxi tractatulus hicce accomodetur, rem totam ſub nomine *Hiſtoriæ* concinnatam, addita inſuper, (in quantum poſſum) inventionum etiam *Chronologia*, publici juris facere.

# CAP. II.

## *De* NOTATIONE, &c.

QUali ab initio hujuſce ſui inventi notatione uſus fuerit Cl. *Neutonus* non adeo facile conſtat; quamvis nonnulla ſint quæ me movent ut ſuſpicer illum in eandem hancce punctationis Methodum qua poſteà uſus eſt, etiam ab initio incidiſſe; licet in Lemmate ſuo pag. 256. *Princip. Phil. Nat. Math.* in quo hujuſce methodi algorithmum tradit, alia in demonſtratione ibidem allata utitur, deſignando Fluentes per literas Alphabeti majuſculas *A*, *B*, *C*, *&c.* & earundem Fluxiones per minuſculas *a*, *b*, *c*, *&c.* reſpective. *Barrovii* porro notationem in ſua Methodo quadraturarum etiam in differentiis indeterminatarum denotandis inſecutus eſt D. *Nieuwentijt*, in Analyſi ſua infinitorum, aſſignando ſcil. vocales *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, pro differentiis (ſeu Fluxionibus) ipſarum Indeterminatarum *x*, *y*, *&c.* quaſq; partes *infiniteſimas* vocat.

*Leibnitius* diverſam ab hiſce ſibi elegerit, quamq; ſequuti ſunt Fratres ambo *Bernoullij*, & *Germani*, a quibus etiam eandem acceperunt & *Galli* quotquot huic rei navarunt operam; Indeterminatæ cujuſvis per literas $x$, $y$, $z$, expreſſas, differentiam (ſeu *Fluxionum*) primam ponit, $dx$, $dy$, $dz$; ſecundam vero $ddx$, $ddy$, $ddz$, tertiam $dddx$, $dddy$, $dddz$, ut & $\overline{dx}|^3$, $\overline{dy}|^3$, $\overline{dz}|^3$, & ſic porro; hancce etiam notationem inter Britannos ſequutus eſt Geometra clariſſimus *Johann. Craigius.* Sed (quæ jam apud *Anglos* plerumq; obtinet) differentias haſce, quas aptiſſimo vocabulo, & ex natura generationis earundem per motum continuum petito, *Fluxiones* nominavit, & deſignavit per punctationes, *Celeberrimus*, & *Primarius* Doctrinæ hujuſce Author, D. *Neutonus*, viz. $\dot{x}$, $\dot{y}$, $\dot{z}$, & earundem *Fluxiones* ſecundas per punctationem duplicem ſic $\ddot{x}$, $\ddot{y}$, $\ddot{z}$, tertias, ſic $\dddot{x}$, $\dddot{y}$, $\dddot{z}$, & ſic porro ad infinitum; hiſce præterea adjicit alias ſeries quantitatum infinite magnarum ſcil. $\overset{\prime}{x}$, $\overset{\prime}{y}$, $\overset{\prime}{z}$, quarum ut *Fluxiones Primæ* conſiderari poſſint quantitates ipſæ finitæ $x$, $y$, $z$, ſed & ipſæ porro infinitæ uti *Fluxiones* aliarum altioris infinitatis gradus æſtimari queant, ſcil. (a) harum $\overset{\prime\prime}{x}$, $\overset{\prime\prime}{y}$, $\overset{\prime\prime}{z}$, *&c.* & hæ rurſus aliarum $\overset{\prime\prime\prime}{x}$, $\overset{\prime\prime\prime}{y}$, $\overset{\prime\prime\prime}{z}$, *&c.* & ſic in infinitum, adeo ut Seriem hujuſmodi conſtituunt, *viz.* $\overset{''''}{z}, \overset{'''}{z}, \overset{''}{z}, \overset{'}{z}, z, \dot{z}, \ddot{z}, \dddot{z}, \ddddot{z}$, &c. utrinque in Infinitum continuandam, *quarum quælibet poſterior eſt Fluxio præcedentis, & quælibet prior eſt Fluens quantitas fluxionem habens ſubſequentem.* Eodem modo hanc Seriem pariter conſimilem ibidem memorat ſcil. $\sqrt{\overset{''}{az-zz}}, \sqrt{\overset{'}{az-zz}}, \sqrt{az-zz}, \sqrt{\overset{\cdot}{az-zz}}, \sqrt{\overset{\cdot\cdot}{az-zz}}, \sqrt{\overset{\therefore}{az-zz}}$, &c. ut et $\overset{''}{\frac{az+zz}{a-z}}, \overset{'}{\frac{az+zz}{a-z}}, \frac{az+zz}{a-z}, \overset{\cdot}{\frac{az+zz}{a-z}}, \overset{\cdot\cdot}{\frac{az+zz}{a-z}}$, &c. ad Inf. ubi ( inquit ) *quantitas quælibet prior eſt ut Area Figuræ Curvilineæ cujus Ordinatim Applicata rectangula eſt quantitas poſterior, & abſciſſa eſt* z *: nti* $\sqrt{\overset{'}{az-zz}}$ *area erit Curvæ cujus Ordinatæ eſt* $\sqrt{az-zz}$ *& abſciſſa* z. Sicque punctum (in ſenſu ſaltem Laxiori acceptum) poſſit conſiderari uti Fluxio Lineæ, Linea uti Fluxio Plani, Planum uti Fluxio Solidi, Solidum Finitum uti Fluxio Infiniti, & Solidum etiam ex una parte Infinitum uti Fluxio Solidi Infinitioris, ſeu infinite majoris, & ſic ad Infinitum; quod, in diſſertatiunculis quibuſdam, ad Calcem hujuſce Tractatus, accuratius illuſtratum dabimus. Sicque etiam hujuſmodi Series viz.

---

(a) Pag. 171. *Optic. Edit. Angl.*

$$\frac{\dot{x}}{x}, \frac{\dot{x}}{x'}, \frac{\dot{x}}{x''}, \frac{\dot{x}}{x'''}, \text{\&c. } \frac{\ddot{x}}{x'}, \frac{\ddot{x}}{x''}, \frac{\ddot{x}}{x'''}, \text{\&c. } \frac{\dddot{x}}{x'}, \frac{\dddot{x}}{x''}, \frac{\dddot{x}}{x'''}, \text{\&c. ad Inf.}$$

ut et aliæ Series Infinitæ, quantitates ſui generis repreſentare poſſint. Sin autem hoſce & conſimiles Fluxionum gradus Lector quivis ægre admiſerit, ſciat Auctores Celeberrimos *Neutonum* & *Leibnitium*, eoſdem jamdiu (ſenſu licet valde diverſo) uti poſtea videre eſt, admiſiſſe, ipſe etenim *Leibnitius* in Act. Erud. pro Menſe *Febr.* 1689, in *Tentamine de Motuum Cæleſtium Cauſis*, hæc habet, viz. *Aſſumſi inter demonſtrandum quantitates incomparabiliter parvas, verbi gratia, differentiam duarum quantitatum communium ipſis quantitatibus incomparabilem. Sic enim talia, ni fallor, Lucidiſſime exponi poſſunt, itaque ſi quis nolit adhibere* Infinite parvas, *poteſt aſſumere tam parvas quam ſufficere judicat, ut ſint incomparabiles, & errorem nullius momenti, imo dato minorem, producant. Quemadmodum Terra pro puncto, ſeu diameter Terræ pro linea infinite parva habetur, reſpectu Cœli; Sic demonſtrari poteſt, ſi anguli latera habeant baſin ipſis incomparabiliter minorem, angulum comprehenſum fore recto incomparabiliter minorem, & differentiam laterum fore ipſis differentibus incomparabilem; item differentiam ſinus totius, ſinus complementi, & ſecantis, fore differentibus incomparabilem, ita differentiam ſinus, Chordæ, Arcus, & Tangentis. Unde cum hæ ſint ipſæ infinite parvæ, erunt differentiæ* infinities infinite parvæ, *& ſinus verſus etiam erit* infinities infinite parvus, *adeoque recto incomparabilis. Et Infiniti ſunt gradus tam Infinitorum, quam infinite parvorum. Et poſſunt adhiberi triangula communia inaſſignabilibus illis ſimilia, quæ in Tangentibus, maximiſque & minimis, & explicanda curvedine linearum uſum habent* *maximum*; *item in omni pene* tranſlatione Geometriæ ad Naturam; *nam ſi motus exponatur per lineam communem quam dato tempore mobile abſolvit, impetus ſeu velocitas exponetur per lineam infinite parvam, & ipſum Elementum velocitatis, quale eſt gravitatis ſolicitatio, vel conatus centrifugus, per lineam infinities infinite parvam, &c.* Et eundem fere ad modum magis etiam naturaliter *Neutonus* diu antea pag. 165 Optic. prædict. *Quantitates Mathematicas non ut ex partibus quam minimis conſtantes, ſed ut motu continuo deſcriptas hic conſidero, lineæ deſcribuntur ac deſcribendo generantur non per appoſitionem partium, ſed per motum continuum punctorum, ſuperficies per motum linearum, ſolida per motum ſuperficierum, anguli per rotationem laterum, tempora per fluxum continuum, & ſic in cæteris. Hæ geneſes in rerum natura locum vere habent, & in motu corporum quotidie cernuntur.* Sed ut ad notationes redeam; Vir celeberrimus *Newtonus* invexit quaſdam alias (nam dicit *ſe neceſſum habuiſſe mutare*) operationibus hujuſce calculi commodius perficiendis, quæ jam diu apud Mathematicos invaluerunt; quas videre licet apud *Walliſium*, pag. 315. vol. 9. Edit. noviſſimæ, uti ſubſtituendo.

*pro* $\frac{1}{x} \cdots\cdots\cdots x^{-1}$

$\frac{1}{xx} \cdots\cdots\cdots x^{-2}$

$\frac{1}{x^3} \cdots\cdots\cdots x^{-3}$ &c.

$\sqrt{x} \cdots\cdots x^{\frac{1}{2}}$

$\sqrt{x^3} \cdots\cdots x^{\frac{3}{2}}$

$\sqrt[3]{x} \cdots\cdots x^{\frac{1}{3}}$

$\frac{1}{\sqrt{x}} \cdots\cdots x^{-\frac{1}{2}}$

$\frac{1}{x^{\nu}} \cdots\cdots\cdots x^{-\nu}$

$\frac{a}{x} \cdots\cdots\cdots ax^{-1}$

*& pro Quadrato* $\overline{e+fx},| \cdots \overline{e+fx}|^{2}$

$\sqrt{\overline{aa-xx}} \cdots \overline{aa-xx}|^{\frac{1}{2}}$

$\frac{1}{\sqrt{\overline{aa-xx}}} \cdots \overline{aa-xx}|^{-\frac{1}{2}}$

$\frac{dx}{\overline{e+fx}|^{2}} \cdots dx \times \overline{e+fx}|^{-2}$ &c.

Huc etiam referri poſſunt operationes iſtæ *Newtonianæ* per Indices peragendæ, *ſcil.*

1. Quod Additio Indicum æquivalet Multiplicationi Poteſtatum uti $x^2 \times x^3 = x^{2+3} = x^5$.

2. Subtractio Indicum Diviſioni Dignitatum æquipollet; ſic $\frac{x^3}{x^2} = x^{3-2} = x^1 = x$.

3. Multiplicatio Indicum æquivalet Involutioni Dignitatum quibus præfixi ſunt, ſic $x^{3\times 3}$ *Cub.* $x^3 = x^9$.

4. Diviſio Indicum æquipollet Evolutioni, *e. g.* $x^{\frac{6}{3}} = \sqrt[3]{x^6}$ quia $x^{2\times 3} =$ *Cub.* $x^2 = x^6$.

Sed & porro aliam Notationis methodum invexit in Tractatu ſupra laudato de Quadraturis, maximam & commodiſſimam Elucidationem in hiſce præ ſe ferentem, viz. ponendo literam aliquam majuſculam pro tota ſerie; *vid. pag.* 176. Quadratur.

Sit, *e. g.* $e + fz^n + gz^{2n} + hz^{3n}$, *&c.* $= R$.

$k + lz^n + mz^{2n} + nz^{3n}$, *&c.* $= S$, *&c.* *&c.*

Erit $\overline{e + fz^n + gz^{2n}\ \&c.}|^{\lambda} = R^{\lambda}$ *&c.* *&c.* unde ſubſtituendo $RR^{\lambda-1} = R^{\lambda}$, *&c.* tum in operatione, tum in demonſtratione, & præcipue in directione ad ordinandas ſeries, quanto ſit uſui poſtea apparebit. Notationes aliorum quorundam (ſine ullo futuro fructu Novaturientium, ut nihil pejus dicam) hic omittam: Ejuſmodi ſunt quædam *Leibnitii*, quas hic memorare vix operæ pretium foret.

# CAP. III.

## *De Involutione & Evolutione ſpecioſâ.*

Inter cæteras *Newtoni* inventiones (quæ etiam methodo Fluxionum maxime ſubſerviunt) haud parum eminet illa quam primus omnium invexit pro involvenda quantitate quavis ſpecioſa, vel etiam pro eadem evolvenda, ſeu ad quaſvis ejuſdem radices extrahendas. Eandem (uti liquet e Cap. 91, 2*di* Vol. *Walliſii*) anno 1676, cum Regia Societate communicandam, in Epiſtolis duabus ad Dominum *Oldenburgium* ejuſdem, tum temporis, Secretarium, impertiverit, quæ quidem Epiſtolæ in tertio Vol. *Walliſii* extant, ut & ejuſdem rei mentio in ſecundo Vol. p. 369 *. Ibidem oſtendit *Uncias* (quas vocant) *ſeu numeros præfixos dignitatum membris a radice binomia procreatarum (quarum dignitatum exponentem vocat m) oriri ex hujuſmodi Multiplicatiene continua.*

$$1 \times \frac{m-0}{1} \times \frac{m-1}{2} \times \frac{m-2}{3} \times \frac{m-3}{4} \times \frac{m-4}{5} \text{ \&c.}$$

*qui quidem proceſſus, ſi m (exponens Poteſtatis) ſit numerus integer, ſeipſum determinabit poſt certum locorum numerum cuique poteſtati convenientem, redeunte unitate unde inceperat. Sed ſi m ſit Fractio, tranſibitur in infinitum per numeros negativos.* Quoad hujuſce autem Theorematis uſum cum omnibus hodie ſit familiaris, pluribus de eo dicendis ſuperſedemus. *Ex hoc* autem *proceſſu* (aliiſque conſimilis naturæ) hæcce Theoremata deducit pro hujuſmodi extractionibus, viz.

1°. $\overline{a+x}\big|^{m} = a^{m} + m\mathrm{AQ} + \frac{m-1}{2}\mathrm{BQ} + \frac{m-2}{3}\mathrm{CQ} + \frac{m-3}{4}\mathrm{DQ}$, &c. *vel*

2°. $\overline{\mathrm{P}+\mathrm{PQ}}\big|^{\frac{m}{n}} = \mathrm{P}^{\frac{m}{n}} + \frac{m}{n}\mathrm{AQ} + \frac{m-n}{2n}\mathrm{BQ} + \frac{m-2n}{3n}\mathrm{CQ} + \frac{m-3n}{4n}\mathrm{DQ}$ &c.

*ubi* P + PQ *eſt expoſita quantitas cujus Radix eſt extrahenda, aut aliqua poteſtas inde formanda :* P *eſt primus terminus ejuſmodi expoſitæ quantitatis ;* Q *eſt reſiduum ejuſdem (ſive reſiduum iſtud ſit monomium vel binomium vel trinomium, &c.) per* P *diviſum ; &* $\frac{m}{n}$ *exponens Radicis ſeu Dimenſionis quæſitæ.* Hoc autem Reſiduum ita intelligendum eſt (uti pag. 376. videre eſt) ut etiam *tum conſtruendis poteſtatibus, tum eliciendis radicibus quantitatis* plurimembris *inſerviat, quæ in ſeriem vel terminatam vel interminatum exeat, prout res tulerit.* Hujuſmodi proceſſus exempla octo (in Cap. 91.) addidit, e quibus duo vel tria hic tantum exſcribemus.

### Exemp. 1.

“ $\sqrt{cc+xx}$ ſeu $\overline{cc+xx}\big|^{\frac{1}{2}} = c + \frac{x^2}{2c} - \frac{x^4}{8c^3} + \frac{x^6}{16c^5} - \frac{x^8}{128c^7} + \frac{7x^{10}}{256c^9}$ &c.

“ nam in hoc caſu eſt $\mathrm{P} = cc$. $\mathrm{Q} = \frac{xx}{cc}$. $m = 1$. $n = 2$. $\mathrm{A} = (\mathrm{P}^{\frac{m}{n}} =$

“ $cc^{\frac{1}{2}}) = c$. $\mathrm{B}(= \frac{m}{n}\mathrm{AQ}) = \frac{xx}{cc}$. $\mathrm{C}(= \frac{m-n}{2n}\mathrm{BQ}) = \frac{-x^4}{8c^3}$ &c.

---

* Anno ſcil. 64 & 65.

Exemp.

### Exemp. 2.

“ $\sqrt[5]{c^5+c^4-x^5}$ ſeu $\overline{c^5+c^4-x^5}|^{\frac{1}{5}} = c + \frac{c^4x-x^5}{5c^4}$
“ $-\frac{2c^8+4c^4x^6-2x^{10}}{25c^9}+$ &c. Quod manifeſtum erit, ſubſtitutis $1=m$,
“ $5=n$, $c^5=\mathrm{P}$. & $c^5$) $c^4x-x^5$ (Q. aut etiam ſubſtituamus $-x^5=\mathrm{P}$
“ & $-x^5$) $c^4x+c^5$ ( Q. Eritque $\sqrt[5]{c^5+c^4x-x^5} = -x+\frac{c^4x+c^5}{5x^4}$
“ $+\frac{2c^8x^2+4c^9x+c^{10}}{25x^9}+$ &c. Prior poſitio potior eſt, ſi ſit $x$ valde
“ parva, poſterior ſi valde magna.

### Exemp. 3.

“ $\frac{\mathrm{N}}{\sqrt[3]{y^3-aay}}$, hoc eſt $\mathrm{N}\times\overline{y^3-aay}|^{-\frac{1}{3}} = \mathrm{N}\times\frac{1}{y}+\frac{aa}{3y^3}+\frac{a^4}{3y^5}+\frac{7a^6}{81y^7}$ &c.
“ Nam hic $\mathrm{P}=y^3$. $\mathrm{Q}=\frac{-aa}{yy}$. $m=1$. $n=3$. A $(=\frac{m}{n}\mathrm{AQ}=-\frac{1}{3}\times\frac{1}{y}$
“ $\times\frac{-aa}{yy}) = \frac{aa}{3y^3}$ &c. &c. &c. Et per eandem Regulam poſſumus
“ tam in numeris, quam ſpeciebus, peragere generationem poteſtatum;
“ Diviſionem per poteſtates, aut per quantitates radicales; & extra-
“ ctionem radicum ſuperiorum poteſtatum, & ſimilia. Inter cæteras Theorematum horum inveſtigationes, libet hic unicam inſequentem quam mecum jam olim communicaverit D. *Heynes*, antequam aliorum, quæ extant, inveſtigationes publici juris factæ eſſent, quamque licet hoc loco anticipatam, hic apponere non hæremus. Inveſtigare ſcil. in ſerie quamvis radicem aut poteſtatem $a+x$ quæ exprimatur *v. g.* per $m$, *viz.* $\overline{a+x}|^m$.

Aſſumatur $\overline{a+x}|^m = b+cx+dx^2+ex^3$ &c.

Tunc erit $\overline{ma+x}|^{m-1}\dot{x} = c\dot{x}+2dx\dot{x}+3ex^2\dot{x}$ &c. & facta diviſione per $\dot{x}$.

erit $\overline{m\times\overline{a+x}|^{m-1}} = c + 2dx + 3ex^2$, &c.

Tum $\frac{m\times\overline{a+x}|^{m-1}}{\overline{a+x}|^{m}} = m\times\overline{a+x}|^{-1} = \frac{m}{a+x} =$

$\frac{c+2dx+3ex^2+4fx^3 \text{ \&c.}}{b+cx+dx^2+ex^3 \text{ \&c.}}$ & conſequenter $bm + cmx + dmx^2 + emx^3$ &c.

$\begin{array}{l} = ac + 2adx + 3aex^2 + 4afx^3 \text{ \&c.} \\ \qquad\quad cx + 2dx^2 + 3ex^3 \text{ \&c.} \end{array}$ & ponendo $b = a^m$, ex natura poteſtatum erit

$$\left.\begin{array}{l} c = ma^{m-1} \\ d = \frac{m-1}{2}\times ma^{m-2} \\ e = \frac{m-2}{3}\times\frac{m-1}{2}\times ma^{m-3} \end{array}\right\}\text{\&c.}$$ Comparando terminos homologos.

Et $\overline{a+x}|^m = a^m + ma^{m-1}x + \frac{m-1}{2}\times ma^{m-2}x^2 + \frac{m-2}{3}\times\frac{m-1}{2}\times ma^{m-3}x^3$ &c.

$= a^m + mA\frac{x}{a} + \frac{m-1}{2}B\frac{x}{a} + \frac{m-2}{3}C\frac{x}{a} +$ &c.

Tum ponendo A pro primo termino, B pro ſecundo, C pro tertio, *&c.*

& ponendo $\frac{a}{x} = Q$. erit $\overline{a+x}|^m = a^m + mAQ + \frac{m-1}{2}BQ + \frac{m-2}{3}CQ +$ *&c.* Quæ eſt ipſiſſima expreſſio D. *Newtoni* primo allata, &c. & æquatis æquandis ſecunda conſimili modo proveniet. Methodum autem ad elevandam actu quantitatem quamvis multinomiam ſeu infinitinomiam ad poteſtatem quamlibet indeterminatam vel etiam ad extractionem radicis cujuſlibet ex eadem, oſtendit Vir clariſſimus D. *A. de Moivre* in *Tranſact. Philoſ.* Num. 230, quam ab eodem in Linguam Latinam traductam hic apponemus; & notandum eſt indicem *m* vel numerum integrum eſſe, vel fractum, prout res exigit.

$$\overline{az + bz^2 + cz^3 + dz^4 + ez^5 \text{ \&c.}}|^m = a^m z^m + \frac{m}{1}a^{m-1}bz^{m+1} + \left.\begin{array}{l} \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{2}a^{m-2}b^2 \\ \frac{m}{1}a^{m-1}c \end{array}\right\} x^{m+2}$$

$$+ \left.\begin{array}{l} \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{2}\times\frac{m-2}{3}a^{m-3}b^3 \\ \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{1}a^{m-2}bc \\ \frac{m}{1}a^{m-1}d \end{array}\right\} z^{m+3}$$

+

$$\left.\begin{array}{r} +\frac{m}{1}\times\frac{m-1}{2}\times\frac{m-2}{3}\times\frac{m-3}{4}\,a^{m-4}\,b^4 \\ \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{2}\times\frac{m-2}{1}\,a^{m-3}\,b^2c \\ \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{1}\,a^{m-2}\,bd \\ \frac{m}{1}\times\frac{m-1}{2}\,a^{m-2}\,c^2 \\ \frac{m}{1}\,a^{m-1}\,e \end{array}\right\}\, x^{m+4}\ \&c.\ \&c.$$

“ In hac ſerie, inquit, lex continuationis eſt hujuſmodi : Pro membris “ omnibus alicujus termini inveniendis, membra termini imme- “ diate præcedentis duco in $\frac{b}{a}$, item membra omnia termini hunc ul- “ timum immediate præcedentis duco in $\frac{c}{a}$, exceptis iis in quibus “ invenitur *b*. Iterum membra omnia termini hunc ultimum ſimili- “ ter præcedentis duco in $\frac{d}{a}$, exceptis iis in quibus invenitur *b* vel *c*. “ Rurſus membra omnia termini hunc ultimum immediate præcedentis “ duco in $\frac{e}{a}$, exceptis iis in quibus invenitur vel *b*, vel *c*, vel *d*. Et “ ſic per terminos omnes ante inventos regrediendo, invenientur, col- “ ligendo, membra omnia quæ iſtum ſeriei terminum ingredi poſſunt ; “ quorum unciæ, ſeu numeri præfigendi, ſic etiam reperiuntur. Pro “ quovis membro alicujus ſeriei termini, tot ſumantur termini ſeriei “ $m\times\overline{m-1}\times\overline{m-2}\times\overline{m-3}$ &c. quot ſunt unitates in ſumma indi- “ cum ipſarum *b*, *c*, *d*, *e*, &c. in eo membro ; fiat hæc numerator Fra- “ ctionis, cujus denominator erit productus ſerierum $1\times2\times3\times4$ &c. “ $1\times2\times3\times4$ &c. $1\times2\times3\times4\times5$ &c. quarum prima totidem ha- “ bet terminos quot ſunt unitates in indice ipſius *b*, ſecunda tot termi- “ nos habet quot ſunt unitates in indice ipſius *c*, tertia quot ſunt uni- “ tates in indice ipſius *d*, &c. Demonſtrationem, qui videre cupit, loco citato reperiet.

Hunc poro in finem D. *Cheynæus* methodum expeditiſſimam concinnavit, quæque (uti dicit pag. 58 *Meth. Flux. inverſ.*) *oculi intuitu continuatur in infinitum* ; *idque quidem facillime*, ſcilicet

$$\overline{a+bx+cx^2+dx^3+ex^4\ \&c.}\Big|^n = a^n + \frac{nbA}{a}x + \frac{2ncA+\overline{n-1}B}{2a}x^2$$

+

$$+\frac{3ndA+\overline{2n-1}cB+n-2bC}{3a}x^3+\frac{4neA+\overline{3n-1}dB+\overline{2n-2}cC+\overline{n-3}bD}{4a}x^4 \text{ \&c.}$$

*ubi*, inquit, *intuitu oculi natura progreſſionis ſe prodit*, v. g. *Decimus terminus eſt*

$$\frac{9nkA+\overline{8n-1}jB+\overline{7n-2}bC+\overline{6n-3}gD+\overline{3n-6}dG+\overline{2n-7}cH+n-8bj}{9a}x^9$$

*N. B.* In hiſce majuſcula quæq; denotat coefficientes totas immediate præcedentes ubi primum emicuerit, & eundem ubique obtinet valorem. Aliud exemplum adhuc complicatius addit, quod (cui animus ſit) conſulat Lector. Iis omnibus hocce juſtiſſimum Μνημόσυνον adjicit, *viz. Totum quod eſt hujus rei habebis ex Theoremate ipſius Newtoni inventoris, ſi enim (ipſo monente) pro primo quantitatis elevandæ termino, poſueris* p, *pro reliquis, primo excepto, poſueris* q, *elicies facilime omnia quæ in hiſce deſiderari poſſint.*

Facillime autem & maxime perſpicue, abſque labore obtinentur hujuſmodi termini, ſi modo tabulari diſponantur, *viz.*

Utravis

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | $a^{n}$ | | | | | | | | | | |
| 2 | $nbAx$ | | | | | | | | | | |
| 3 | $2ncA$ | $n-1bBx^{2}$ | | | | | | | | | |
| 4 | $3ndA$ | $2n-1cB$ | $n-2Cx^{3}$ | | | | | | | | |
| 5 | $4neA$ | $3n-1dB$ | $2n-2cC$ | $n-3bDx^{4}$ | | | | | | | |
| 6 | $5nfA$ | $4n-1eB$ | $3n-2dC$ | $2n-3cD$ | $nb-4Ex^{5}$ | | | | | | |
| 7 | $6ngA$ | $5n-1fB$ | $4n-2eC$ | $3n-3dD$ | $2n-4cE$ | $n-5bFx^{6}$ | | | | | |
| 8 | $7nhA$ | $6n-1gB$ | $5n-2fC$ | $4n-3eD$ | $3n-4dE$ | $2n-5cF$ | $n-6bGx^{7}$ | | | | |
| 9 | $8niA$ | $7n-1hB$ | $6n-2gC$ | $5n-3fD$ | $4n-4eE$ | $3n-5dF$ | $2n-6cG$ | $n-7bHx^{8}$ | | | |
| 10 | $9nkA$ | $8n-1iB$ | $7n-2hC$ | $6n-3gD$ | $5n-4fE$ | $4n-5eF$ | $3n-6dG$ | $2n-7cH$ | $n-8bIx^{9}$ | | |
| 11 | $10nlA$ | $9n-1kB$ | $8n-2iC$ | $7n-3hD$ | $6n-4gE$ | $5n-5fF$ | $4n-6eG$ | $3n-7dH$ | $2n-8cI$ | $n-9bKx^{10}$ | |
| 12 | $11nmA$ | $10n-1lB$ | $9n-2kC$ | $8n-3iD$ | $7n-4hE$ | $6n-5gE$ | $5n-6fG$ | $4n-7eH$ | $3n-8dI$ | $2n-9cK$ | $n-10bLx^{11}$<br>&c. ad inf |

Et unumquodque hujus Seriei membrum dividitur, nempe primum per $a$, ſecundum per $2a$, tertium per $3a$, & ſic porro ad inf. *h.e.* Series ſupra expoſita Numeratores, & altera Series, viz. $a$, $2a$, $3a$, &c. denominatores conſtituunt ad inf.

*Hujuſce Theorematis Inveſtigationem in ſuo loco exhibebimus.*

Utravis methodo poteſtates & radices pro quantitatibus trinomiis, quadrinomiis, &c. obtineri poſſe, ponendo ſcil. coefficientes omnes poſt ultimum nomii particularis quæſiti æquales nihilo, &c. Evidentius patet quam ut eidem explicandæ immorari hic opus ſit; adeo ut revera nihil in hiſce jam ultra deſiderari poſſe videtur, quod non facillime obtineri queat.

# CAP. IV.

## *De Fluxionum Methodo directâ.*

ANNO 1687, Vir celeberrimus *Iſ. Newtonus* librum ſuum incomparabilem, cui titulus *Principia Philoſophiæ Naturalis Mathematica*, evulgavit; qui magna ex parte hujuſmodi calculo debetur, uti rectiſſime obſervavit illuſtriſſimus *Marchio Hoſpitallius* hiſce verbis in præfatione ad tractatum ſuum hocce inſignitum titulo, *L'Analyſe des Infiniment Petits*, in quo cum cæteris quibuſdam *Germaniæ* & *Galliæ* Mathematicis perſuaſum ſibi habuerit, *Leibnitium* hujuſce calculi primum extitiſſe authorem, veritatem tamen ſubinde ſuſpicatus, in hæcce verba prorumpit, *Il eſt vray que le ſcavant Monſieur* Newton *a trouvé quelque choſe de ſemblable*, &c. *comme il paroit par ſon excellent Livre intitulé* Principia, &c. *qui eſt preſque tout de ce calcul.* In hocce, inquam, libro calculi hujuſce ſui Algorithmum primò publico impertiverit p. 256. cujus innumera fere atque egregia exempla ibidem oſtendit, & dudum antea multis per *Europam* Mathematicis ejuſdem copiam conceſſerat; notatione autem diverſa ab iſta qua alias uſus eſt, in demonſtratione ibidem allata, rem peragit; Sed & eundem notatione ſua maxime uſitata cum *Wal-*

*liſio* poſtea communicavit, uti pag. 292, vol. 2, conſtat, quemque tractatui ſuo de Quadratura curvarum inſeruit propoſitione hacce problematica comprehenſum, *viz. Data æquatione quotcunque fluentes quantitates involvente invenire Fluxiones.*

## SOLUTIO.

*Multiplicetur omnis æquationis terminus per indicem dignitatis quantitatis cujuſque fluentis quam involvit, & ſingulis Multiplicationibus mutetur dignitatis latus in Fluxionem ſuam, & aggregatum factorum omnium ſub propriis ſignis erit æquatio nova, quæ relationem Fluxionum involvet.*

## EXPLICATIO.

*Sunto* a, b, c, d, *&c. quantitates determinatæ & immutabiles, & proponatur æquatio quævis quantitates fluentes* z, y, x, *&c. Involvens uti* $x^3 - xyy + aaz - b^3 = 0$: *Multiplicentur termini primo per indices dignitatum* x, *& in ſingulis Multiplicationibus pro dignitatis latere, ſeu* x *unius dimenſionis ſcribatur* $\dot{x}$, *& ſumma factorum erit* $3\dot{x}x^2 - \dot{x}yy$. *Idem fiat in* y, *& prodibit* $-2xy\dot{y}$. *Idem fiat in* z, *& prodibit* $aa\dot{z}$. *Ponatur ſumma factorum æqualis nihilo, & habebitur æquatio* $3\dot{x}x^2 - \dot{x}yy - 2xy\dot{y} + aa\dot{z} = 0$. *Dico quod hac æquatione definitur relatio Fluxionum.*

## DEMONSTRATIO.

*Nam ſit* o *quantitas admodum parva & ſunto* $o\dot{z}$, $o\dot{y}$, $o\dot{x}$, *quantitatum* z, y, x, *momenta, id eſt, incrementa momentanea ſynchrona. Et ſi quantitates fluentes jam ſunt* z, y, x, *hæ poſt momentum temporis incrementis ſuis* $o\dot{z}$, $o\dot{y}$, $o\dot{x}$, *auctæ evadent* $z + o\dot{z}$, $y + o\dot{y}$, $x + o\dot{x}$, *quæ in æquatione prima pro* z, y, *&* x, *ſcriptæ dant æquationem* $x^3 + 3xxo\dot{x} + 3xoo\dot{x}\dot{x} + o^3\dot{x}^3 + xyy - o\dot{x}yy - 2xoy\dot{y} - 2\dot{x}ooy\dot{y} - xoo\dot{y}\dot{y} - \dot{x}o^3\dot{y}\dot{y} + aax + aao\dot{z} - b^3 = 0$. *Subducatur æquatio prior, & reſiduum diviſum per* o *erit* $3\dot{x}x^2 + 3\dot{x}\dot{x}ox + \dot{x}^3oo - \dot{x}yy - 2xy\dot{y} - 2\dot{x}oy\dot{y} - xo\dot{y}\dot{y} + aax = 0$. *Minuatur quantitas* o *in infinitum, & neglectis terminis evaneſcentibus reſtabit* $3\dot{x}x^2 - \dot{x}yy - 2xy\dot{y} + aa\dot{z} = 0$. *Q. E. D.*

## *Explicatio Plenior.*

*Ad eundem modum ſi æquatio eſſet* $x^3 - xyy + aa\sqrt{ax-yy-b^3} = 0$, *produceretur* $3x^2\dot{x} - \dot{x}yy - 2x\dot{y}y + aa\dot{\sqrt{ax-yy}} = 0$. *Ubi ſi Fluxionem* $\dot{\sqrt{ax-yy}}$ *tollere veliis, pone* $\sqrt{ax-yy} = z$, *& erit* $ax - yy = z^2$, *& (per hanc propoſitionem)* $a\dot{x} - 2y\dot{y} = 2z\dot{z}$ *ſeu* $\frac{a\dot{x} - 2y\dot{y}}{2z} = \dot{z}$, *hoc eſt* $\frac{a\dot{x} - 2y\dot{y}}{2\sqrt{ax-yy}} = \dot{\sqrt{ax-yy}}$. *& inde* $3x^2\dot{x} - \dot{x}yy - 2x\dot{y}y + \frac{a^3\dot{x} - 2aay\dot{y}}{2\sqrt{ax-yy}} = 0$. *& per operationem repetitam pergitur ad Fluxiones ſecundas, tertias, & ſequentes. Ad eundem modum ſi æquatio eſſet* $x^3 - xyy + aa\sqrt{ax-yy}-b^3 = 0$. *Ubi ſi Fluxionem* $\dot{\sqrt{ax-yy}}$ *tollere velis, pone* $\sqrt{ax-yy} = z$, *& erit* $ax - yy = z^2$: *Et (per hanc propoſitionem)* $a\dot{x} - 2y\dot{y} = 2z\dot{z}$ *ſeu* $\frac{a\dot{x} - 2y\dot{y}}{2z} = \dot{z}$, *hoc eſt* $\frac{a\dot{x} - 2y\dot{y}}{2\sqrt{ax-yy}} = \dot{\sqrt{ax-yy}}$ *& inde* $3x^2\overset{:}{x} - \dot{x}yy - 2x\dot{y} + \frac{a\dot{x} - 2y\dot{y}}{2\sqrt{ax-yy}} = 0$. *& per operationem repetitam pergitur ad Fluxiones ſecundas, tertias, & ſequentes.*

*Sit æquatio* $zy^3 - z^4 + a^4 = 0$, *& provenient per operationem primam*

$$\begin{array}{r} \text{Flux. primæ.} \\ \text{Inde Flux. ſecundæ.} \\ \\ \\ \end{array} \left\{ \begin{array}{c|c|l} \dot{z}y^3 & +3z\dot{y}y^2 & -4\dot{z}z^3 = 0. \\ \hline \ddot{z}y^3 & 3\dot{z}\dot{y}y^2 & -4\ddot{z}z^3 \\ 3\dot{z}\dot{y}y^2 & 6z\dot{y}^2y & -12\dot{z}^2z^2 \\ & 3z\ddot{y}y^2 & \end{array} \right.$$

Flux.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Summa | $\ddot{z}y^3 +$ | $6\dot{z}\dot{y}y^2$ | $+ 6z\dot{y}^2y +$ | $3z\ddot{y}y^2$ | $- 4\ddot{z}z^2 -$ | $12\dot{z}^2z^2$ |
| Flux. tertiæ. | $\dddot{z}y^3 +$ | $6\ddot{z}\dot{y}y^2$ | $+ 6\dot{z}\dot{y}^2y$ | $3\dot{z}\ddot{y}y^2$ | $- 4\dddot{z}z^3$ | $24\dot{z}\ddot{z}z^2$ |
| | $3\ddot{z}\dot{y}y^2$ | $12\dot{z}\dot{y}^2y$ | $+ 12z\dot{y}\ddot{y}y$ | $6z\ddot{y}\dot{y}y$ | $- 12\ddot{z}\dot{z}z^2$ | $24\dot{z}^3z$ |
| | | $6\dot{z}\ddot{y}y$ | $6z\dot{y}^3$ | $3z\dddot{y}y^2$ | | |

$$\dddot{z}y^3 + 9\ddot{z}\dot{y}y^2y + 18\dot{z}\dot{y}^2 + 3z\dddot{y}y^2 + 18z\dot{y}\ddot{y}y + 18\dot{z}\ddot{y}yy + 6z\dot{y}^3 + 9\dot{z}\ddot{y}y^2$$
$$- 4\dot{z}\ddot{z}^3 - 36\ddot{z}\dot{z}z^2 - 24\dot{z}^3z.$$

*Ubi vero pergitur ad Fluxiones ſecundas, tertias, & ſequentes, convenit quantitatem aliquam ut uniformiter fluentem conſiderare, & pro ejus Fluxione prima unitatem ſcribere, pro ſecunda vero & ſequentibus nihil. Sit æquatio*

$$\dot{z}y^3 - z^4 + a^4 = 0,$$

*& fluat* $z$ *uniformiter, ſitque ejus Fluxio unitas, & fiet per operationem primam* $y^3 + 3z\dot{y}y^2 - 4z^3 = 0$; *per ſecundam* $6\dot{y}y^2 + 3z\ddot{y}y^2 + 6z\dot{y}^2y - 12z^2 = 0$; *per tertiam* $9\ddot{y}y^2 + 18\ddot{y}^2y + 3z\ddot{y}y^2 + 18z\dot{y}\ddot{y}y + 6z\dot{y}^3 - 24z = 0$.

*In hujus autem generis æquationibus concipiendum eſt quod Fluxiones in ſingulis terminis ſint ejuſdem ordinis, id eſt vel omnes primi ordinis* $\dot{y}$, $\dot{z}$, *vel omnes ſecundi* $\ddot{y}$, $\dot{y}^2$, $\dot{y}\dot{z}$, $\dot{z}^2$, *vel omnes tertii* $\dddot{y}$, $\ddot{y}\dot{y}$, $\ddot{y}\dot{z}$, $\dot{y}^3$, $\dot{y}^2\dot{z}$, $\dot{y}\dot{z}^2$, $\dot{z}^3$, &c. *& ubi res aliter ſe habet complendus eſt ordo per ſubintellectas Fluxiones quantitatis uniformiter fluentis. Sic æquatio noviſſima complendo ordinem tertiam fit*

$$9\dot{z}\ddot{y}y^2 + 18\dot{z}\dot{y}^2y + 3z\dddot{y}y^2 + 18z\ddot{y}\dot{y}y + 6z\dot{y}^3 - 24z\dot{z}^3 = 0.$$

Et iiſdem methodis (uti ſupra pro quantitatibus radicalibus) inveniuntur Fluxiones quantitatum quarumvis fractarum, viz. Si propoſitum eſſet invenire Fluxionem quantitatis $\frac{a}{x}$ vel $\frac{x}{y}$, ponendo 1° $\frac{a}{x} = z$, habebitur pro Fluxione $\frac{a\dot{x}}{xx} = \dot{z}$ & pro 2° $\frac{y\dot{x} - x\dot{y}}{yy} = \dot{z}$, & ſic pro cæteris.

Jam vero pro Fluxionibus quantitatum Logarithmicarum † $\varphi : lx = \frac{\dot{x}}{x}$ & $\varphi\,\overline{lx + 1} = \frac{\dot{x}}{x+1}$ &c. Sed de hiſce ſpecialius in Cap. 7. agendum, quapropter pluribus de iiſdem in hoc loco dicendis ſuperſedemus. Sed & etiam $\varphi : R^{\lambda} = \lambda\dot{R}R^{\lambda-1}$ ubi ſi $\lambda$ ſit fractio, in indicem negativum tranſit, h. e. uti ſupra notavimus, quantitatem, cui præfixa, eſt in diviſorem vertit. Sic v. g. invenire Fluxionem $az^{\theta} \times \overline{e + fz^{n}}|^{\lambda} = QR^{\lambda}$, Invenietur $\dot{Q}RR^{\lambda-1} + \lambda Q\dot{R}R^{\lambda-1}$, hoc eſt $\overline{\dot{Q}R + \lambda Q\dot{R}}| \times R^{\lambda-1}$ quæ facillime in terminis explicitis invenitur; ubi ſi $\lambda$ unitate minor eſt $R^{\lambda-1}$ in diviſorem abit, e. g. Detur $\overline{e + fz^{n}}|^{\frac{1}{2}}$, erit ejuſdem Fluxio $nf\dot{z}z^{n-1} \times 2 \times \overline{e+fz^{n}}|^{-\frac{1}{2}} = \frac{nf\dot{z}z^{n-1}}{2\sqrt{e+fz^{n}}}$ * & ſic pro cæteris.

Methodo porro directa ex datis arearum expreſſione analytica, vel etiam contento ſolidi geniti rotatione plani circa axem curvilinei, obtinentur curvarum ordinatæ, pariter ac natura ſeu relatio coordinatarum, Tangentes & innumera alia, quæ hic recenſere nimis eſſet longum.

---

† $\varphi$: *denotat Fluxionem quantiatis cujuſcunque*, & F: *Fluxionis cujuſlibet Fluentem.*

* *Exempla alia in ſequentibus invenire eſt.*

# CAP. V.

## *De Methodo* Leibnitianâ, *&c.*

QUoniam autem in Cap. primo hujuſce Tractatus, mentionem de *Leibnitio* injecimus, uti altero hujuſce methodi inventore (annis ſcil. 19 vel 20 poſt eandem a *Neutono* inventam, & 8 poſtquam *Inventionem hancce Neutonianam* ſibi ab Authore habuit communicatam) non abs re forſan erit hic ea adducere quæ veluti primum ſuæ (uti dicit) Inventionis ſpecimen, in *Actis Eruditorum* pro menſe *Octobris* 1684, attulerit, partim ut comparationem inter utramque lector inſtituat, cum iſta acta, ab iis quæ eadem non poſſideant, non niſi magno comparantur pretio; partim quia non pauca methodi hujuſce ſpecimina Tyronibus non ingrata brevi chartula complectantur; partim ut videri queat quanto labore inventum ſuum, ſymbolorum nimis inconcinna præ *Neutoniana* deſignatione (forſan ut a *Neutoniana* eo magis diſcrepare videretur) obtectum, orbi propinaverit, partim denique ut utrique notationis methodo aſſuefiat lector. Titulum huncce præ ſe fert iſta chartula, (viz.) *Nova Methodus pro Maximis & Minimis itemque Tangentibus, quæ nec fractas nec irrationales quantitates moratur, & ſingulare pro illis calculi genus, per G. G. L.*

“ Sit axis $Ax$, & curvæ plures ut VV, WW, YY, ZZ, quarum
“ ordinatæ ad axem normales VX, WX, YX, ZX, quæ vocentur
“ reſpective $v$, $w$, $y$, $z$; & ipſa $ax$ abſciſſa ab axe vocetur $x$, tangentes
“ ſint $v$B, WC, $y$D, ZE axi occurrentes reſpective in punctis B, C, D, E;
“ jam recta aliqua pro arbitrio aſſumpta vocetur $dx$, & recta quæ ſit ad
“ $dx$ ut $u$ (vel $w$, vel $y$, vel $z$) eſt ad $vb$ (vel WC ad $y$D vel ZE)

“ vocetur


P
dx
D
G
W
A
K
x
c
IV
y
Z
N
M
L
2u
x
W
z
y
r
E
2B
E
S
Q
F
P
S
C
h
3
T
1
4
5
2
6
7
8
9

“ vocetur $dv$ (vel $dw$, vel $dy$, vel $dz$) ſive differentia ipſarum $v$ (vel ip-
“ ſarum $w$, aut $y$, aut $z$) his poſitis calculi regulæ erunt tales.

“ Sit $a$ quantitas data conſtans, erit $da = o$, & $dax = adx$ : ſi ſit
“ $y = v$ (ſeu ordinata quævis curvæ $yy$ æqualis cuivis ordinatæ reſpon-
“ denti curvæ $vv$ (erit $dy = dv$) jam additio & ſubſtractio, ſi ſit $z - y$
“ $+ vv + x = v$, erit $d\overline{z - y + vv + x}$, ſeu $dv = dz - dy + dvv$
“ $+ dx$. Multiplicatio, $d : xv = xdv + vdx$, ſeu poſito $y = xv$ fiet
“ $dy = xdv + vdx$ : in arbitrio enim eſt vel formulam ut $xv$, vel com-
“ pendio pro ea literam ut $y$ adhibere. Notandum & $x$ & $dx$ eodem
“ modo in hoc calculo tractari ut $y$ & $dy$, vel aliam literam indetermina-
“ tam cum ſua differentiali ; notandum etiam non dari ſemper regreſ-
“ ſum a differentiali æquatione niſi cum quadam cautione, de quo
“ alibi. Porro diviſio $d\frac{v}{y}$ vel (poſito $z = \frac{v}{y}$) $dz = \frac{vdy \pm ydv}{yy}$ quoad ſi-
“ gna hoc probe notandum, cum in calculo pro litera ſubſtituitur ſim-
“ pliciter ejus differentialis, ſervari quidem eadem ſigna, & pro $+ z$
“ ſcribi $+ dz$, pro $- z$ ſcribi $- dz$, ut ex additione & ſubſtractione
“ paulo ante poſita apparet : Sed quando ad Exegeſin valorum venitur,
“ ſeu cum conſideratur ipſius $z$ relatio ad $x$, tum apparere an valor ip-
“ ſius $dz$ ſit quantitas affirmativa an nihilo minor ſeu negativa, quod
“ poſterius cum ſit, tum tangens $z$E ducitur a puncto $z$ non verſus A
“ ſed in partes contrarias, ſeu infra $x$, id eſt tunc cum ipſæ ordinatæ $z$
“ decreſcunt creſcentibus $x$, & quia ipſæ ordinatæ $v$ modo creſcunt
“ modo decreſcunt, erit $dv$ modo affirmativa modo negativa quantitas,
“ & priore caſu $V_1B$ tangens ducitur verſus A, poſteriore $2V_2B$ in
“ partes averſas : neutrum autem fit in medio circum M quo mo-
“ mento ipſæ $v$ neque creſcunt neque decreſcunt ſed in ſtatu ſunt,
“ adeoque fit $dv = o$, ubi nihil refert quantitas ſitne affirmativa an ne-
“ gativa ; nam $+ o = - o$ ; eoque in loco ipſa $v$, nempe ordinata $l$M
“ eſt maxima (vel ſi convexitatem axi obverteret minima) & Tangens
“ curvæ in M, neque ſupra X ducitur ad partes A, ibique axi appro-
“ pinquat, neque infra X ad partes contrarias, ſed eſt axi parallela.
“ Si $dv$ ſit infinita reſpectu ipſius $dx$, tum tangens eſt ad axem recta,
“ ſeu eſt ipſa ordinata. Si $dv$ & $dx$ æquales, tangens facit angulum
“ ſemirectum ad axem. Si creſcentibus ordinatis $v$, creſcunt etiam ipſa
“ earum incrementa vel differentiæ $dv$ (ſeu ſi poſitis $dv$ affirmativis,
“ etiam $ddv$ differentiæ differentiarum ſunt affirmativæ, vel negativis
“ negativæ) curva axi obvertit concavitatem, alias convexitatem :
“ ubi vero eſt maximum vel minimum incrementum, vel ubi incrementa
“ ex decreſcentibus fiant creſcentia aut contra, ibi eſt punctum flexus con-
“ trarii, & concavitas & convexitas inter ſe permutantur, modo non &

“ ordinatæ ibi ex creſcentibus fiant decreſcentes vel contra, tunc enim
“ concavitas aut convexitas maneret, aut incrementa continuent creſcere
“ aut decreſcere, ordinatæ vero ex creſcentibus fiant decreſcentes,
“ vel contra fieri non poteſt. Itaque punctum flexus contrarii locum
“ habet quando neque $v$, neque $dv$ exiſtente o, tamen $ddv$ eſt o. Unde
“ etiam Problema flexus contrarii non duas ut problema maximæ, ſed
“ tres habet radices æquales, atque hæc omnia quidem pendent a recto
“ uſu ſignorum. Interdum autem adhibenda ſunt ſigna ambigua ut
“ nuper in diviſione, antequam ſcilicet conſtet quomodo explicari
“ debeant, & quidem ſi creſcentibus $x$, creſcunt (decreſcunt) $\frac{v}{y}$, debent
“ ſigna ambigua in $d\frac{v}{y}$ ſeu in $\frac{vdy \mp ydv}{yy}$ ita explicari ut hæc fractio fiat
“ quantitas affirmativa (negativa) ſignificat autem $\mp$ contrarium ipſius
“ $+$, ut ſi hoc ſit $+$ illud ſit $-$, vel contra, poſſunt & in eodem calculo
“ occurrere plures ambiguitates quas diſtinguo parentheſibus,
“ exempli cauſa, ſi eſſet $\frac{v}{y} + \frac{y}{z} + \frac{x}{v} = w$ foret $\frac{\pm vdy \mp ydv}{yy} + \frac{(\pm)\, ydz (\mp)\, zdy}{zz}$
“ $+ \frac{(\mp) xdv (\pm) vdx}{vv} = dw$; alioqui ambiguitates ex diverſis capitibus ortæ
“ confunderentur, ubi notandum ſignum ambiguum in ſeipſum ductum
“ dare $+$, in ſuum contrarium dare $-$; in aliud ambiguum formare
“ novam ambiguitatem ex duabus dependentem.

“ Potentiæ $dx^a = ax^{a-1}\,dx$, exempli gratia $\overline{dx^3} = 3x^2\,dx$, $d, \frac{1}{x^a} = \frac{adx}{x^{a+1}}$
“ ſi $w = \frac{1}{x^3}$ fiet $dw = -\frac{3dx}{x^4}$; radices $d\sqrt[b]{x^a} = \frac{a}{b}\,dx\,\sqrt[b]{x-b}$ (hinc
“ $d\sqrt[2]{y} = \frac{dy}{2\sqrt[2]{y}}$ nam eo caſu $a$ eſt (1) & $b$ (2) ergo $\frac{a}{b}\,dx\,\sqrt[b]{x^{a-b}}$ eſt
“ $\frac{1}{2}\sqrt[2]{y-1}$, jam $y^{-1}$ idem eſt quod $\frac{1}{y}$ ex natura exponentium progreſſionis
“ geometricæ, & $\sqrt[2]{\frac{1}{y}}$ eſt $\sqrt[\frac{1}{2}]{y}$ & $d\frac{1}{\sqrt[b]{x^a}} = -\frac{bdx}{a\sqrt[b]{x^{b-a}}}$;
“ ſuffeciſſet autem regula potentiæ integræ tam ad fractas quam ad
“ radices determinandas, potentia enim fit fracta cum exponens eſt
“ negativus, & mutatur in radicem cum exponens eſt fractus, ſed
“ malui conſequentias ipſas deducere, quam aliis deducendas relinquere,
“ cum ſint admodum generales & crebro occurreentes & in re
“ per ſe implicita præſtat facilitati conſulere. Ex cognito hoc velut
“ algorithmo, ut ita dicam, calculi hujus, quem voco differentialem,
omnes

“ omnes aliæ æquationes differentiales inveniri poſſunt per calculum communem, maximæque & minimæ itemque tangentes haberi, ita ut opus non ſit tolli fractas aut irrationales, aut alia vincula quod tamen faciendum fuit ſecundum methodos hactenus editas, demonſtratio omnium facilis erit in hiſce rebus verſato & hoc unum hactenus non ſatis expenſum conſideranti ipſas $dx$, $dy$, $dv$, $dw$, $dz$, ut ipſarum $x$, $y$, $v$, $w$, $z$, (cujuſque in ſua ſerie) differentiis ſive incrementis vel decrementis momentaneis proportionales haberi poſſe, unde fit ut propoſita quacunque æquatione ſcribi poſſit ejus æquatio differentialis quod *fit* pro quolibet membro (id eſt parte quæ ſola additione vel ſubſtractione ad æquationem conſtituendam concurrit) ſubſtituendo ſimpliciter quantitatem membri differentialem, pro alia vero quantitate (quæ non ipſa eſt membrum ſed ad membrum formandum concurrit) ejus quantitatem differentialem ad formandam quantitatem differentialem ipſius membri adhibendo; non quidem ſimpliciter ſed ſecundum Algorithmum hactenus præſcriptum, * editæ vero hactenus methodi talem tranſitum non habent, adhibent enim plerumque rectam ut DX vel aliam hujuſmodi, non vero rectam $dy$ quæ ipſis $Dx$, $xy$, $dx$ eſt quarta proportionalis, quod omnia turbat. Hinc præcipiunt ut fractæ & irrationales (quas indeterminatæ ingrediuntur) prius tollantur. Patet etiam methodum noſtram porrigi ad *lineas tranſcendentes, quæ ad calculum Algebraicum revocari non poſſunt, ſeu quæ nullius ſunt certi gradus*, idque univerſaliſſimo modo ſine ullis ſuppoſitionibus particularibus non ſemper ſuccedentibus, modo teneatur in genere, Tangentem invenire, eſſe rectam ducere quæ duo curvæ puncta diſtantiam infinite parvam habentia jungat ſeu latus productum Polygoni infinitanguli, quod nobis curvæ æquivalet; diſtantia autem illa infinite parva ſemper per aliquam differentialem notam, ut $dv$, vel per relationem ad ipſam exprimi poteſt, hoc eſt per notam quandam Tangentem; ſpeciatim ſi eſſet $y$ quantitas tranſcendens, exempli cauſa, ordinata Cycloidis, eaque calculum ingrederetur cujus ope ipſa $z$ ordinata alterius curvæ eſſet determinata, & quæreretur $dz$ ſeu per eam Tangens hujns curvæ poſterioris, utique determinanda eſſet $dz$ per $dy$, haberetur autem $dy$ quia habetur tangens Cycloidis, ipſa autem tangens Cycloidis ſi nondum haberi fingeretur, ſimiliter calculo inveniri poſſit ex data proprietate Tangentium circuli. Placet autem exemplum calculi †, ubi notetur

---

* *Hic loquitur ac ſi conſcius eſſet ineditæ, hujuſce generis, methodi, ſcil.* Neutonianæ.

† [Credo] *adferre.*

“ me diviſionem hic deſignare hoc modo $x : y$, quod idem eſt ac $x$ diviſ.
“ per $y$, ſeu $\frac{x}{y}$; Sit æquatio prima ſeu data $x : \overline{y+a} + b \times \overline{c-xx}$ quadr.
“ $\frac{y}{ex+fxx} + ax\sqrt{\overline{gg+yy+yy}} : \sqrt{\overline{bb+lx+mxx}} = 0$. Exprimens relationem
“ inter $x$ & $y$, ſeu inter A$x$ & $xy$, poſito ipſas $a$, $b$, $c$, $d$, $e$, $f$,
“ $g$, $b$, $l$, $m$, eſſe datas, quæritur modus ex dato puncto $y$ educendi
“ YD quæ curvam tangat ſeu quæritur ratio rectæ DX ad rectam datam
“ XY; compendii cauſa pro $a + bx$ ſcribamus $n$, pro $c - xx$, $p$;
“ pro $ex + fxx$, $q$; pro $gg + yy$, $r$; pro $bb + lx + mxx$, $s$; fiet
“ $x : y + np : qq + ax\sqrt{\overline{r+yy}} : \sqrt{s} = 0$. Quæ ſit æquatio ſecunda, jam
“ ex calculo noſtro $dx : y$ eſſe $+ xdy + ydx : yy$ & ſimiliter $d, np : qq$
“ eſſe $(\pm)\ 2npdq\ (\mp)\ qnd\ \overline{+pdn} : q^3$ & $dax\sqrt{r}$ eſſe $- axdr : 2r\sqrt{}\,\overline{+adx}\sqrt{r}$;
“ & $dyy : \sqrt{as}$ eſſe $((\pm))\ yyds\ ((\mp)) - 4ysdy : 2s\sqrt{s}$ quæ omnes quantitates
“ differentiales inde ab ipſo $dx : y$ uſque ad $d, yy : \sqrt{s}$ in unum
“ addita faciunt 0 & dabunt hoc modo æquationem tertiam, ita enim
“ pro membris ſecundæ æquationis ſubſtituuntur quantitates eorum differentiales.
“ Jam $dn$ eſt $bdx$ & $dp$ eſt $- 2xdx$, & $dq$ eſt $edx + 2fxdx$,
“ & $dr$ eſt $2ydy$ & $ds$ eſt $ldx + 2mxdx$, quibus valoribus in æquatione
“ tertia ſubſtitutis habebitur æquatio quarta, ubi quantitates differentiales
“ quæ ſolæ ſuperſunt, nempe $dx$, $dy$ ſemper reperiuntur extra nominatores
“ & vincula, & unumquodque membrum afficitur vel per $dx$,
“ vel per $dy$ ſervata ſemper lege homogeneorum, quoad has duas quantitates,
“ quomodocunque implicatus ſit calculus, unde ſemper haberi
“ poteſt valor ipſius $dx : dy$, ſeu rationis $dx$ ad $dy$, hoc eſt DX quæſitæ
“ ad XY datam, quæ ratio in hoc noſtro calculo (mutando æquationem
“ quartam in analogiam) erit ut $\pm x : y + a \times y : \sqrt{r}\ ((+))\ 2y : \sqrt{s}$
“ eſt ad $\mp 1 : y\ (+)\ 2npe + 2fx : q^3\ (+) - 2n \times + pb : qq + a\sqrt{r}$
“ $((+))\ yyl + 2mx : 2s\sqrt{s}$: dantur autem $x$ & $y$ ex dato puncto $y$, dantur
“ & valores ſupraſcripti literarum $n$, $p$, $q$, $r$, $s$, per $x$ & $y$, habetur ergo
“ quæſitum, atque hoc exemplum ſatis implicatum ideo tantum adſcripſimus,
“ ut modus ſuperioribus regulis in calculo etiam difficiliore
“ utendi appareret; nunc præſtat uſum in exemplis intellectui magis
“ obviis oſtendere. Data ſint duo puncta C & E, & recta SS in eodem
“ cum ipſis plano, quæritur punctum F in recta SS ita ſumendum ut junctis
“ CF, FE ſit aggregatum rectangulorum CF in datam $nh$ & FE in
“ datum $r$ omnium poſſibilium minimum hoc, eſt ſi, SS ſit mediorum
“ ſeparatrix, & $h$ repreſentet denſitatem medii, ut aquæ a parte C, & $r$
“ denſitatem medii ut aeris a parte E, quæritur punctum F tale ut via
“ a C ad E per F ſit omnium poſſibilium facillima, ponamus omnia

“ iſta rectangulorum aggregata poſſibilia, vel omnes viarum poſſibilium
“ difficultates repræſentari per ipſas KV, curvæ VV ordinatas ad rectam
“ GK normales, quas vocabimus $\omega$, quærique minimam earum
“ NM, quia dantur puncta C & E dabuntur & perpendiculares ad
“ SS nempe CP (quam vocabimus $c$) & EQ (quam $e$) & præterea PQ
“ (quam $p$) ipſam autem QF quæ ſit æqualis ipſi GN (vel AX) vocabimus
“ $x$, & CF, $f$; & EF, $g$; fiet FP, $p-x$; $f=\sqrt{cc+pp-2px+xx}$,
“ ſeu compendio $\sqrt{l}$, & $g=\sqrt{ee+xx}$, ſeu compendio $\sqrt{m}$, habemus
“ ergo $\omega=b\sqrt{l}+r\sqrt{m}$, cujus æquationis æquatio differentialis poſito
“ $d\omega$ eſſe $0$ in caſu minimæ) eſt $0=-bdl:\sqrt[2]{l}-rdm:2\sqrt{m}$ per regulas
“ calculi noſtri traditas; jam $dl$ eſt $-2dx\,\overline{-p+x}$, & $dm$ eſt $2xdx$,
“ ergo fit $b\overline{p-x}:f=rx:g$; quod ſi jam hæc accommodentur ad
“ Dioptricam, & ponantur $f$ & $g$, ſeu CF & EF æquales, quia eadem
“ manet refractio in puncto F quantacunque ponatur longitudo rectæ
“ CF, fiet $b\overline{p-x}=rx$, ſeu $b:r::x:p-x$, ſeu $b$ ad $r$ ut QF ad
“ FP, hoc eſt ſinus angulorum incidentiæ & refractionis FP & QF erunt
“ reciproce ut $r$ & $b$ denſitates mediorum in quibus fit incidentia & refractio.
“ Quæ denſitas tamen non reſpectu noſtri, ſed reſpectu reſiſtentiæ
“ quam radii lucis faciunt, intelligenda eſt. Et habetur ita demonſtratio
“ calculi, alibi a nobis in his actis exhibiti, quando generale Opticæ,
“ Catoptricæ, & Dioptricæ fundamentum exponebamus. Cum alii doctiſſimi
“ Viri multis ambagibus venati ſint quæ hujus calculi peritus tribus
“ lineis impoſterum præſtabit, quod alio adhuc exemplo docebo. Sit
“ curva 133 talis naturæ, ut a puncto ejus quocunque ut 3 ductæ ad ſex
“ puncta fixa in axe poſita, 4, 5, 6, 7, 8, 9, ſex rectæ 34, 35, 36, 37, 38,
“ 39 ſimul additæ, ſint rectæ datæ $g$, æquales; Sit axis T14526789,
“ & 12 ſit abſciſſa, 23 ordinata, quæritur Tangens 3 T dico fore T2 ad 23
“ ut $\frac{23}{34}+\frac{23}{35}+\frac{23}{36}+\frac{23}{37}+\frac{23}{38}+\frac{23}{39}$ eſt ad $-\frac{24}{34}-\frac{25}{35}+\frac{26}{36}+\frac{27}{37}+\frac{28}{38}+\frac{29}{39}$.
“ Eademque erit regula, continuatis tantum terminis, ſi non ſex ſed
“ decem vel plura puncta fixa ſupponerentur, qualia ſecundum me-

“ thodos Tangentium editas calculo præſtare, ſublatis irrationalibus,
“ tædioſiſſimæ & aliquando inſuperabilis operæ foret, ut ſi rectangula
“ plana vel ſolida ſecundum omnes biniones vel terniones poſſibiles
“ ex rectis illis compoſita datæ quantitati æquari deberent, in quibus
“ omnibus & multo implicatioribus, methodi noſtræ eadem eſt, opinione
“ multo major, rariſſimiq; exempli, facilitas; & hæc quidem initia ſunt
“ tantum Geometriæ cujuſdam multo ſublimioris ad difficillima &
“ puclherrima quæque etiam Miſtæ Matheſeos Problemata pertingentis,
“ quæ ſine Calculo noſtro differentiali aut * ſimili non temere quiſquam
“ pari facilitate tractabit. Appendicis loco placet adjicere ſolutionem
“ Problematis quod *Carteſius* a *Beaunio* ſibi propoſitum *Tom.* 3.
“ *Epiſt.* tentavit, ſed non ſolvit. Lineam invenire WW talis naturæ ut ducta
“ ad axem Tangente WC, ſit XC ſemper æqualis eidem rectæ conſtanti
“ $a$. Jam XW ſeu $w$ ad XC ſeu $a$, ut $dw$ ad $dx$, ergo ſi $dx$ (quæ aſſumi
“ poteſt pro arbitrio) aſſumatur conſtans ſeu ſemper eadem nempe
“ $b$, ſeu ſi ipſæ $x$ ſive AX creſcant uniformiter, fiet $W = \frac{a}{b}\,dW$ quæ erunt
“ ipſæ W ordinatæ, ipſis $dw$ ſuis incrementis ſive differentiis proportionales,
“ hoc eſt, ſi $x$ ſint Progreſſionis Arithmeticæ, erunt $w$ Progreſſionis
“ Geometricæ, ſeu ſi $w$ ſint numeri, $x$ erunt Logarithmi:
“ linea ergo WW Logarithmica eſt.

---

* *Hic iterum veluti alius cujuſdam conſcius loquutus eſt.*

# CAP. VI.

## *De Methodo inveniendi Fluentes, &c. & ſpeciatim de Fluentibus Fluxionum Rationalium.*

CEleberrimus *Neutonus*, pag. ult. Tractatus ſui *De Quadraturis*, hæcce habet generalia de Fluentium (non ſolum rationalium ſed etiam ſenſu generaliſſimo quarumcunque) inveſtigatione, viz.

*Fluens pro Lubitu aſſumi poteſt, & aſſumptio corrigi ponendo Fluxionem Fluentis aſſumptæ æqualem Fluxioni propoſitæ, & terminos Homologos inter ſe comparando.* Anne vero egregia ſua Theoremata hacce methodo adinvenerit (quod facile crediderim) minime explicuerit, hiſce tamen verbis eadem inveniri poſſe ſatis plane innuerit; & hancce regulam quaſi *Criterion* veritatis concluſionis hoc modo elicitæ ibidem (pag. ſcil. præcedente) adfert. *Poſtquam Fluentes ex Fluxionibus collectæ ſunt, ſi de veritate concluſionis dubitatur, Fluxiones Fluentium inventarum viciſſim colligendæ ſunt, & cum Fluxionibus ſub initio propoſitis comparandæ; nam ſi prodeunt æquales, concluſio recte ſe habet: ſin minus, corrigendæ ſunt Fluentes ſic, ut earum Fluxiones Fluxionibus ſub initio propoſitis æquentur.* Et quoniam *Fluens omnis* (uti in ead. pag. penult. notat) *quæ ex Fluxione prima colligitur augeri poteſt vel minui quantitate quavis non Fluente* (quæ ſcil. colligendo Fluxiones methodo directa evanuerit) *quæ ex Fluxione ſecunda quantitate quavis cujus Fluxio tertia nulla eſt, & ſic in infinitum.* Jam ſi cui quantitatem iſtam reſtaurare ſit animus; ea conſulat quæ hac de re habent *Craigius* & *Cheynæus*, alter quidem pag. 38. Hic vero pag. 65. *Method. Inverſ.* & pag. 9 *Rudim.* ſcil. *Obtinetur ea quantitas ponendo Abſciſſam vel etiam ipſam Fluentem,* (per methodos infra tradendas) *repertam* = 0, *& habebis ſignum, iterumque ponendo indeterminatam quantitatem qua Fluens illa exprimitur* = 0, *obtinebis ipſam quantitatem adjiciendam Fluenti antea repertæ ſub contrario ſigno prout ſignum innuerit.* Hujuſce rei rationem vid. pag. 9. *Rudim. Cheynæi,* & exemplum prædict. pag. 65. *Meth. Inverſæ.*

Aſſumptiones autem, ſeu Fluentes aſſumendæ, pro Fluxionibus quibuſcunque ex *genio Fluxionis* ſeſe ſatis luculenter produnt, uti innuerit *Cheynæus,* & in ſimplicibus quidem ſeu vinculo non affectis Fluens obtinetur (ut verbis *Cheyneanis* utar) *operationes inſtituendo contrarias iis, quibus e Fluentibus eliciuntur Fluxiones.* Sic e. g. F : $mx^{m-1}\dot{x} = \frac{mx^{m-1+1}\dot{x}}{m+1-1\dot{x}} = x^m \pm a^m$, &c. & Fluens $my^{\pm n}x^{m-1}\dot{x} \pm nx^m y^{\pm n-1}\dot{y} = x^m y^{\pm n} \pm a^{m\pm n}$; hoc eſt, pro $mx^{m-1}\dot{x}$ Aſſumatur $Ax^m$ cujus accepta Fluxio æquetur Fluxioni datæ, ſcil. $mAx^{m-1}\dot{x} = mx^{m-1}\dot{x}$. Unde comparatione facta habebis $A = \frac{m}{m} = 1$. & Fluens erit $x^m \pm a^{m\pm n}$ &c. & eodem modo pro altera aſſumenda eſſet $Ax^m y^{\pm n}$ &c. & ſic ſi daretur $m - 1 \times m\dot{x}^2 x^{m-2} + m\ddot{x}x^{m-1}$ aſſumenda eſſet $A\dot{x}x^{m-1}$ unde methodo directa proveniret $m - 1A\dot{x}^2x^{m-2} + A\ddot{x}x^{m-1}$ & inveniretur $\overline{m-1}A + 1A = \overline{m-1\times m} + 1m$ & $A = \frac{\overline{m-1\times m}+1m}{m-1+1} = m$, & $A\dot{x}x^{m-1} = m\dot{x}x^{m-1}$ & Fluens abſoluta erit $x^m$, & ſic ad infinitum. Semper autem requiritur ut Fluentes iiſdem, quibus Fluxiones, indeterminatis (ſi id poſſibile ſit) exprimantur.

In Fluxionibus ſub vinculo ſubvolutis aſſumptio vel generalis vel particularis ex indice vel generali vel particulari plerumque determinatur; Et uti in æquationibus vulgaribus ſeu Algebraicis aſſumenda eſſet Æquatio generaliſſima ſeu infinita, & (omiſſis ſignis ex particulari ſupplendis ſeu determinandis) generaliter ſolvenda, vel abſolute, vel per ſeries infinitas, ut inde proveniret Canon generalis particularibus omnibus poſtea ſolvendis ſubſerviens, ad quamque particulares omnes facillime expenderentur; ita Fluens quævis in ſuo genere generaliſſima (e Fluxione generali proveniens) Fluxionum omnium particularium ſub ea forma generali contentarum Fluentes particulares (ordinatis ordinandis) exhibens, aſſumenda erit, ut ad eam expendantur, & determinentur, quod multum laboris & temporis, quinetiam & inanis ſæpiuſcule ſcrutaminis in Fluentibus particularibus indagandis, eaſdem ſtatim largiendo, compendioſe prævenerit. Hunc ad modum clariſſimus *Neutonus*, in excellentiſſimo ſuo opere, formas generales pro Rationalibus prius condidit, deinde particulares ad eaſdem expendit & abſolvit, *Quem* in hacce methodo ubique inſecutus eſt *Cheynæus*; quantoque facilior, atque adeo præſtantior, hujuſmodi expenſio particularis ad generalem, in Fluentibus inveſtigandis evaſura ſit, præ altera illa methodo particularem Fluentem independenter inveſtigandi, nemo erit in hiſce exercitatior, quin facile agnoverit; Aſſumptio quippe primaria & generaliſſima ſemper regularis eſt, ideoque facillima, & ſiquidem plures infinitatis gradus involvat, naturaliter Aſſumptiones ſubſequentes ſeſe e Primariæ Fluxione explicant ac largiuntur; & ex hac Fluente generali particulares omnes (ſub eo genere) facillime eruuntur, uti poſthac videbimus.

Sed jam ad *Neutonum* & Quadraturas redeamus; notandum autem interim magnum ſæpiuſcule diſcrimen eſſe inter Fluentem Fluxionis generalis Algebraicam, & Quadraturam curvæ, poſterior ſiquidem limitatior valde eſſe poteſt, & reſtrictior, uti etiam Tyronibus facile conſtabit. *Neutonus* in Tractatu prædicto (ut verbis *Walliſianis* utar) in curvis parallelis ordinatis gaudentibus *pro Fluxione abſciſſæ uniformi poſita*, unitatem aſſumit & exinde ordinatam ponit pro Fluxione Areæ; id eſt, poſita $x$ vel $z$ pro abſciſſa, & data convenienti expreſſione areæ $=v$, invenit (methodo directa) ejuſdem Fluxionem $=\dot{v}$, quæ exinde poſita $\dot{x}$ vel $\dot{z}=1$, dat ordinatam curvæ; & huc tendunt Propoſitiones Tertia & Quarta prædicti Tractatus, poſt præmiſſam ſecundam de inventione curvarum, *parallelis ordinatis gaudentium, quæ quadrari poſſunt.*

Sit *v.g.* in Prop. tertia $R=e+fz^{n}+gz^{2n}$ &c. Sitque $z^{\theta}R^{\lambda}=v$ $=$ areæ curvæ datæ; hoc eſt $z^{\theta}\times\overline{e+fz^{n}+gz^{n}\ \&c.}|^{\lambda}=v$. Capiantur utrinque Fluxiones & habebis $\theta\dot{z}z^{\theta-1}R^{\lambda}+\lambda z^{\theta}\dot{R}R^{\lambda-1}=\dot{v}$; hoc eſt, poſitis (more *Neutoniano*) jamjam memorato $RR^{\lambda-1}=R^{\lambda}$ in primo

Membro, $zz^{\theta-1} = z^{\theta}$ in ſecundo, habebis $\overline{\theta\dot{z}R + \lambda z\dot{R}}| \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} = \dot{v} =$ Fluxioni Areæ, quæ explicata, factaque $\dot{z} = 1$, dat $\theta e + \overline{\theta + \lambda n}\, fz^{n} + \overline{\theta + 2\lambda n}\, gz^{2n} + \overline{\theta + 3\lambda n}\, hz^{3n} +$ &c. $\times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} =$ Ordinatæ. *Q. E. O.*

Sic in ſecundo caſu (ſeu *Prop.* quarta) poſita inſuper $S = k + lz^{n} + mz^{2n}$ &c. erit $z^{\theta} R^{\lambda} S^{\mu} = v$. Et capiendo Fluxiones, & ordinando æquationem ut ſupra, habebis $\overline{\theta\dot{z}RS + \lambda z\dot{R}S + \mu zR\dot{S}}| \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} S^{\mu-1} = \dot{v}$, quæ explicata & ordinata, factaque ubique $\dot{z} = 1$, dat Ordinatam quæſitam. Et eodem modo procedendum eſſet, ſi foret jam $T = p + qz^{n} + z^{2n} r$&c. & eſſet $z^{\theta} R^{\lambda} S^{\mu} T^{\nu} = v =$ Areæ Curvæ; & ſic porro ad infinitum: Hoc eſt, *Data Area quavis Curvæ ſeriebus quotcunque* (hoc modo) *expreſſa, Invenire, methodo directa, Fluxionem Areæ* (Fluxionem abſciſſæ unitati æqualem ponendo) *idem eſt ac invenire Ordinatam*; unde regrediendo, *Data, Curvæ cujuſcunque parallelis ordinatis gaudentis Ordinata, eandem in Fluxionem abſciſſæ ducere, ac proinde invenire Fluentem, idem eſt ac invenire aream, ſeu curvam quadrare.* Data autem Ordinata in Fluxionem abſciſſæ ducta, idem eſt quod apud D. *Gregorium* & alios *Elementum Curvæ* audit. Data autem tali Fluxione, aſſumenda erit (ſecundum regulam *Neutoni* ſuperius allatam) Fluens *idonea*, hoc eſt (verbis *Cheyneanis*) *Talis cujus Fluxio cum Fluxione data comparari poſſit*; comparatio autem (cujus leges jam a *Carteſio* ſatis notæ ſunt) inter terminos homologos procedit, ſeu (alterius cum altero) ejuſdem dimenſionis Algebraicæ; Aſſumenda, inquam, erit talis Fluens Coefficientibus indeterminatis adfecta, cujus reperta Fluxio cum Fluxionis datæ terminis comparari poſſit, ut inde determinentur Coefficientes aſſumpti, qui determinati Coefficientes loco indeterminatorum in Fluente aſſumpta ſubſtituti dabunt Fluentem quæſitam. Et huc tendunt ea quæ Propoſitione quinta & ſexta demonſtravit Vir celeberrimus. Sit e. g. in Prop. 5. ordinata curvæ $= z^{\theta-1} \times R^{\lambda-1} \times \overline{a + bz^{n} + cz^{2n}}$ &c. (exiſtente ſcil. uti prius $R = e + fz^{n}$

$+ gz^{2n}$ &c.) ſeu quod idem eſt ſic exprimatur $R^{\lambda-1} \times \overline{az^{\theta-1} + bz^{\theta+n-1}}$ $\overline{+ cz^{\theta+2n-1}}$ &c. erit jam $R^{\lambda-1} \times \overline{a\dot{z}z^{\theta-1} + b\dot{z}z^{\theta+n-1} + c\dot{z}z^{\theta+2n-1} + d\dot{z}z^{\theta+3n-1}}$ &c. = Fluxioni areæ, vel (uti loquitur *Cheynæus*) Fluxioni datæ, Ponatur autem ſeries $a\dot{z}z^{\theta-1} + b\dot{z}z^{\theta+n-1}$ &c. $= \dot{q}$, erit $\dot{q}R^{\lambda-1}$ = Fluxioni areæ. Aſſumatur jam $Az^{\theta} + Bz^{\theta+n} + Cz^{\theta+2n}$ &c. = Q = parti Fluentis aſſumptæ rationali indeterminatis Coefficientibus adfectæ; quæ ducta in $\overline{e + fz^n + gz^{2n}}|^{\lambda}$ dat Fluentem aſſumendam $= QR^{\lambda}$. Hujus Fluentis aſſumptæ (per methodum directam) capiatur Fluxio $\dot{Q}R^{\lambda}$ $\lambda Q\dot{R}R^{\lambda-1} = \dot{q}R^{\lambda-1}$, hoc eſt ad formam comparationi accommodam reducta $\overline{\dot{Q}R + \lambda Q\dot{R}}|\, R^{\lambda-1} = \dot{q}R^{\lambda-1}$ quæ exinde applicata ad partem irrationalem utrinque communem huncce dat Canonem $\dot{Q}R + \lambda Q\dot{R} = \dot{q}$. Qui explicitus & comparatus Coefficientes aſſumptas determinabit, quæ indeterminatarum loco ſubſtitutæ dabunt Fluentem quæſitam: e. g. in Propoſitione quinta *Newtoniana* $\overline{\dot{Q}R + \lambda Q\dot{R}}| \times R^{\lambda-1} = \dot{z}z^{\theta-1} \times \overline{a + bz^n + cz^{2n}}$ &c. $\times \overline{e + fz^n \text{ \&c.}}|^{\lambda-1}$; & dividendo utrinque per $R^{\lambda-1} = \overline{e + fz^n \text{ \&c.}}|^{\lambda-1}$ habebis $\dot{Q}R + \lambda Q\dot{R} = \dot{q} = a\dot{z}z^{\theta-1} + b\dot{z}z^{\theta+n-1} + c\dot{z}z^{\theta+2n-1}$ &c. hoc eſt terminis explicitis

$$\theta eA\dot{z}z^{\theta-1} + \left.\begin{matrix}\theta + n\,eB\\ \theta Af\\ \lambda n Af\end{matrix}\right\} \dot{z}z^{\theta+n-1} \text{ \&c.} = a\dot{z}z^{\theta-1} + b\dot{z}z^{\theta+n-1} \text{ \&c.}$$

Hinc autem 1°. $\theta eA = a$; Unde $A = \frac{a}{\theta e}$.

2°. $\theta + n,\ eB + \theta Af + \lambda n Af = b$ ſeu $\overline{\theta + n},\ eB = b - \theta Af - \lambda n Af$.

Unde $B = \frac{b - \overline{\theta + \lambda n}, fA}{\overline{\theta + n}, e}$ pone jam uti *Neutonus* $\frac{b}{n} = r$, &c. & fac ſubſtitutiones debitas in æquatione aſſumpta, & habebis aream quæſitam terminis *Neutonianis* expreſſam. *Q. E. I.*

Huc recidit caſus Infiniti-nomialis pag. 12. *Cheynæi* (utpote qui idem eſt cum hocce *Neutoniano)* viz. poſitis $z^{r-1} \dot{z} \times \overline{a + bz^{n} + cz^{2n}}$ &c. $= \dot{q}$, & $\overline{e + fz^{n} \text{ \&c.}}|^{m-1} = R^{\lambda-1}$. Aſſumatur ut ſupra (poſita prius $\frac{1}{p} = m$) $QR^{\frac{1}{p}}$; erit $p\dot{Q}R + Q\dot{R} = \dot{q} = paz^{r-1} + pbz^{r+n-1}$ &c. (facta ſcil. $\dot{z} = 1$) ad infinitum. Et Fluxio Binomialis, e. g. hujuſce ſcil. caſus particularis, ubi $\overline{e + fz^{n}}|^{\lambda+1} = R^{\frac{1}{p}}$ dat pro comparatione $p\dot{Q}R + Q\dot{R} = pdz^{\theta}$. Et eodem modo pro Trinomiis, Quadrinomiis, &c. procedendum eſt ad infinitum (ſeu ad Infinitinomium, quod eſt in hocce genere ultimum) poſitis ſcil. Coefficientibus omnibus ultra particularis caſus dati ultimum æqualibus nihilo in Theoremate Infinitinomio; Inferiores enim quicunque, unuſquiſque ſcil. reſpective in ſuperiore quovis ſui generis, continentur.

Sit jam uti in Propoſitione *Neutoniana* ſexta, Fluxio data $\dot{q}R^{\lambda-1}S^{\mu-1}$ ubi $s = k + lz^{n} + mz^{2n}$ &c. Aſſumatur $QR^{\lambda} S^{\mu} =$ Fluenti; cujus accepta Fluxio $\overline{\dot{Q}RS + \lambda Q\dot{R}S + \mu QR\dot{S}}| R^{\lambda-1} S^{\acute{\alpha}-1} = \dot{q} R^{\lambda-1} S^{\mu-1}$ ſeu $\dot{Q}RS + \lambda Q\dot{R}S + \mu QR\dot{S} = \dot{q}$ pro comparatione inſtituenda; & terminis explicatis ac comparatis, ſubſtitutiſque ſubſtituendis, prodibit Fluens quæſita. Eodem prorſus modo generaliter ad infinitum, ſi poneretur $T = p + qz^{n} + rz^{2n} + sz^{3n}$ &c. & foret Fluxio data

$\dot{q}R^{\lambda-1}S^{\mu-1}T^{\nu-1}$ aſſumenda eſſet $QR^{\lambda}S^{\mu}T^{\nu}$ pro Fluente, & ſic ad infinitum. Et hinc videre licet quod olim inſinuaverit *Neutonus* ad *Walliſium*, *Se* ſcil. *nihil in Quadraturis generale invenire potuiſſe antequam rem ad nudam conſiderationem Ordinatarum reduxiſſet.* Harum omnium Quadraturarum demonſtrationem *Neutonus* contexuit ponendo Ordinatarum particularium (ſua methodo Erutarum) collectam ſummam æqualem Ordinatæ generali Curvæ ex omnibus conflandæ, & æquando terminos correſpondentes (h. e. comparando terminos homologos) ut determinentur Coefficientes aſſumptæ, & facta ſubſtitutione debita, prodibit Area quævis propoſita. Pro inferiorum ordinum Fluxionibus quæ (numero infinitæ) ſub generalium harum formarum unaquaque continentur, ſive *Bivinculares* ſive *Trivinculares*, &c. ad infinitum exiſtant; ſive etiam ſub quavis harum *Binomiæ* vel *Trinomiæ*, &c. ad infinitum, Aſſumenda erit æquatio ex *Nomio* unoquoque unitate aucto, & in ſeriem Rationalem ducta Coefficientibus indeterminatis adfectam, & procedendum ut ſupra pro Fluente. Exempla videre eſt in *Cheyn.* pag. 9. pro *Binomiali Neutoniana*, pag. 68, pro *Trinomiali*, &c. ubi etiam regulæ occurrunt pro aſſumptione Indicum. Sed ad *Neutonum*, h. e. ad ipſum fontem, revertamus; Circa praxin hæc habet.

† *Omnis* (inquit) *Ordinata* (pag. 179.) *poteſt duobus modis in ſeriem reſolvi.*

1. *Ubi Index n Affirmativus eſt.*
2. *Ubi Negativus eſt.*

*Sit v. g. Ordinata* $\frac{3k - lzz}{zz\sqrt{kz - lz^3 + mz^4}}$ *hæc vel ſic ſcribi poteſt, viz.*

$z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lzz} \times \overline{k - lz^2 + mz^3}|^{\frac{1}{2}}$; *vel ſic* $z \times -l + 3kz^{-2} \times \overline{m - lz^{-1} + kz^{-3}}|^{-\frac{1}{2}}$.

Quod etiam *Tyro* ſic facile colliget. Primo, ſi ponatur

$\frac{3k - lz^2}{z^2\sqrt{kz - lz^3 + mz^4}} = y$, erit $3k - lz^2 = yz^2\sqrt{kz - lz^3 + mz^4}$, &

---

† *Vide etiam* Cheyn. *p.* 66.

$3k - lz^2 = yz^{\frac{4}{2}} \times z^{\frac{1}{2}} \sqrt{k - lz^2 + mz^3} = yz^{\frac{5}{2}} \times \sqrt{k - lz^2 + mz^3}$ hoc est $z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lz^2} \times \overline{k - lz^2 + mz^3}|^{\frac{1}{2}} = y$. Quod eſt primum. Vel ſic etiam $\frac{3k - lzz}{zz\sqrt{kz - lz^3 + mz^4}} = z^2\sqrt{z}\sqrt{k - lzz + mz^3} = \sqrt{z^4}\sqrt{z}\sqrt{k - lzz + mz^3}$ $= \frac{3k - lz^2}{\sqrt{z^5}\sqrt{k - lz^2 + mz^3}}$, hoc eſt $\frac{3k - lzz}{\sqrt{z^5}\sqrt{k - lz^2 + mz^3}} = y = z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lzz}$ $\times \overline{k - lzz + mz^3}|^{-\frac{1}{2}}$. Secundo, $z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - z^2} \times \overline{k - lz^2 + mz^3}|^{-\frac{1}{2}}$ $= z \times \overline{3kz^{-2} - l} \times \overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{-\frac{1}{2}}$. Quod ſic eluceſcet,

1°. $z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lz^2} = \frac{3k - lzz}{\sqrt{z^5}} = \frac{3k - lzz}{zz\sqrt{z}} = \frac{3kz^{-2} - l}{\sqrt{z}}$.

2°. $\overline{kz - lz^2 + mz^3}|^{-\frac{1}{2}} = \sqrt{z^3} \times \overline{kz^{-3}\ lz^{-1} + m}|^{-\frac{1}{2}} = \frac{\sqrt{z^3}}{\overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{\frac{1}{2}}}$.

3°. $\frac{3kz^{-2} - l}{\sqrt{z}} \times \frac{\sqrt{z^3}}{\overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{\frac{1}{2}}} = \frac{\sqrt{z^3} \times \overline{3kz^{-2} - l}}{\sqrt{z} \times \overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{\frac{1}{2}}} =$

4°. $\frac{\sqrt{z^3}}{\sqrt{z}} \times \frac{\overline{3kz^{-2} - l}}{\overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{\frac{1}{2}}} = \frac{\sqrt{z^2}}{1} \times \frac{3kz^{-2} - l}{\overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{\frac{1}{2}}} =$

5°. $z \times \overline{3kz^{-2} - l} \times \overline{kz^{-3} - lz^{-1} + m}|^{-\frac{1}{2}}$. Quod eſt ſecundum.

Et hiſce vel ſimilibus modis reducentur Ordinatæ ad formam Canoni accommodam. *Tentandus* ( inquit *Neutonus* ) *eſt caſus uterque, & ſi ſerierum alterutra ob terminos tandem deficientes abrumpitur ac terminatur, habebitur Area Curvæ in terminis finitis.* Sit jam Ordinata prædicta & reducta $z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lz^2} \times \overline{k - lz^2 + mz^3}|^{\frac{1}{2}}$ quæ æquetur ordinatæ generali in Canone, viz. $z^{-\frac{5}{2}} \times \overline{3k - lz^2} \times \overline{k - lz^2 + mz^3}|^{\frac{1}{2}} = z^{\theta - 1}$

$$\times\,\overline{a+bz^{n}+cz^{2n}}\times\overline{e+fz^{n}+gz^{2n}+bz^{3n}\ \&c.}\big|^{\lambda-1}$$ ; hinc erit

$$\left.\begin{array}{l}\theta-1=-\frac{5}{2}.\ \theta=-\frac{3}{2}=r.\\ \lambda=-\frac{1}{2}.\ \lambda-1=\frac{1}{2}.\ n-1.\\ s=-1.\ t=-\frac{1}{2}.\ v=-0.\end{array}\right\}\begin{array}{ll}3k=a. & k=e.\\ 0=b. & 0=f.\\ -l=g. & b=m\\ & \&c.\end{array}$$

& Area $z^{\theta}R^{\lambda}\times\dfrac{\frac{1}{n}a}{re}$. Unde

$$R=k-lz^{2}+mz^{3}=e+(\,0=f\,)\,z^{n}+gz^{2n}+bz^{3n}.$$

$$\&\ z^{\theta}R^{\lambda}=z^{-\frac{3}{2}}\times\overline{k-lz^{2}+mz^{3}}\big|^{\frac{1}{2}}.$$

$$\&\ \frac{\frac{1}{n}a}{re}=\frac{\frac{1}{1}3k}{-\frac{3}{2}k}=-\frac{3}{2}\Big)\frac{3}{1}\Big(-\frac{6}{3}=-2.$$

$$\text{Et Area }z^{\theta}R^{\lambda}\times\frac{\frac{1}{n}a}{re}=-2\sqrt{k-lz^{2}+mz^{3}}.$$ *Q. E. I.*

* *Et hæc Area adjacet Abſciſſæ ultra Ordinatam productæ* : Hoc eſt, ad inferiores Curvæ partes. *Nam Area omnis affirmativa adjacet tam Abſciſſæ quam Ordinatæ, negativa vero cadit ad contrarias partes Ordinatæ & adjacet Abſciſſæ productæ, manente ſcil. Signo Ordinatæ.*

*Et hoc modo Series alterutra ſemper,* & *nonnunquam utraque terminatur, & finita evadit ſi Curva Geometrice quadrari poteſt. At ſi Curva talem Quadraturam non admittit, Series utraq; continuabitur in inf. & earum altera converget, & Aream dabit approximando, præterquam,* 1°. Ubi $\frac{\theta}{n}=r$ (propter Aream infinitam) vel nihil eſt, vel numerus integer & negativus. Vel 2° Ubi $\frac{z^{n}}{e}=1$. h. e. ubi $z^{n}=e$ ; quæ conditiones ſunt non-convergentiæ ; conditiones autem convergentiæ ſunt

1°. Si $\frac{z^{n}}{e}$ unitate minor eſt, & tum converget ſeries in qua Index $n$ affirmativus eſt : & in hoc caſu Area adjacet Abſciſſæ ad uſque Ordinatam ductæ. Sin

---

* *Pag.* Neut. *Edit. Anglic.* 179. *Pag.* Cheyn. 66.

2°. Si $\frac{z^n}{e}$ unitate major eſt, converget ſeries altera; & tunc Area adjacet Abſciſſæ ultra Ordinatam productæ.

Sequuntur in *Neutono* notæ quædam pro Ordinatis, quæ hujuſmodi ſunt.

Sit in Ordinata quacunque $P$ = Numeratori.
$Q = \left\{ \right.$ Vel Factori cuivis, vel Denominatori, rationali.
$R^\pi$ = Factori ſurdo irreducibili.
$R$ = Ejuſdem lateri.
$S^\mu$ & $S$ ut & $T^\nu$ & $T$ = Factoribus ſurdis & later. eorundem ſecundo & tertio.

## *HINC FORMÆ ORDINATARUM.*

| *Prima ad inf. pergens.* | *Secunda ad inf. pergens.* |
|---|---|
| 1. $QR^\pi$ | 1. $\frac{P}{Q}$ |
| 2. $QR^\pi S^\mu$ | 2. $\frac{P}{QR^\pi}$ |
| 3. $QR^\pi S^\mu T^\nu$ &c. ad inf. | 3. $\frac{P}{QR^\pi S^\mu}$ |
| | 4. $\frac{P}{QR^\pi S^\mu T^\nu}$ &c. ad inf. |

*Caſ.* 1. *Si Ordinata contentum eſt ſub* $QR^\pi$, *&* R *non dividit* Q, erit $\lambda - 1 = \pi$. *&* $R^{\lambda-1} = R^\pi$.

*Sin* R *dividit* Q *ſemel, erit* $\lambda - 1 = \pi + 1$ *&* $R^{\lambda-1} = R^{\pi+1}$.

*bis*, . . . . $\lambda - 2 = \pi + 2$ *&* $R^{\lambda-1} = R^{\pi+2}$.

*ter*, . . . . $\lambda - 3 = \pi + 3$ *&* $R^{\lambda-1} = R^{\pi+3}$.

& ſic deinceps.

*Caſ.* 2. *Si Ordinata ſit fractio rationalis irreducibilis cum denominatore e duobus vel pluribus terminis compoſito : Reſolvendus eſt denominator in ſuos omnes diviſores Primos, Et ſi diviſor ſit aliquis cui nullus alius eſt æqualis, Curva quadrari nequit : Sin duo vel plures ſint diviſores æquales, rejiciendus eſt eorum unus, & ſi adhuc aliis duo vel plures ſint ſibi mutuo æquales & prioribus inæquales, rejiciendus eſt etiam eorum unus, & ſic in aliis omnibus æqualibus ſi adhuc plures ſint : Deinde diviſor qui relinquitur, vel contentum ſub diviſoribus omnibus qui relinquuntur, ſi plures ſunt, ponendum eſt pro* R, *& ejus quadrati reciprocum* $R^{-2}$ *pro* $R^{\lambda-1}$ *præterquam ubi contentum illud eſt Quadratum vel Cubus, vel Quadrato-Quadratum, &c. Quo in Caſu ejus latus ponendum eſt pro* R, *& poteſtatis Index* 2 *vel* 3 *vel* 4, *negative ſumptus, pro* $\lambda$. *Et Ordinata ad denominatorem* $R^2$ *vel* $R^3$ *vel* $R^4$ *vel* $R^5$, *&c. reducenda.*

Ut ſi Ordinata ſit $\frac{z^5 + z^4 - 8z^3}{z^5 + z^4 - 5z^3 - z^2 + 8z - 4} = \frac{P}{Q}$.

*Quoniam hæc Fractio irreducibilis eſt & denominatoris diviſores ſunt pares, nempe* $z - 1$, $z - 1$, $z - 1$, *&* $z + 2$, $z + 2$ rejicit *magnitudinis utriuſque diviſorem unum & reliquorum contentum* $z - 1$, $z - 1$, $z + 2 = z^3 - 3z + 2$ ponit pro R unde erit

$$\frac{1}{z^6 - 6z^4 + 4z^3 + 9z^2 - 12z + 4} = \frac{1}{R^2} = R^{-2} \text{ ponendum pro } R^{\lambda-1}.$$

Dein Ordinatam ad denominatorem $R^2$ ſeu $R^{1-\lambda}$ reducit ſcil.

$$Q : P :: z^6 - 6z^4 + 4z^3 + 9z^2 - 12z + 4 \, (= R^2) : z^6 - 9z^4 + 8z^3 \left(= \frac{PR^2}{Q}.\right)$$

tunc $\frac{z^6 - 9z^4 + 8z^3}{Q} = z^3 \times \overline{8 - 9z + z^3} \times \overline{2 - 3z + z^3}|^{-2}$

Unde $a = 8$, &c.

Unde $z^\theta R^\lambda \times \frac{\frac{1}{n}a}{re} = z^4 R^{-1} \times \frac{\frac{1}{1}8}{4 \times 2} = \frac{z^4}{R} = \frac{z^4}{z^3 - 3z + z} =$ Areæ.

Terminis omnibus in tota Serie poſt primum evaneſcentibus.

Si denique Ordinata eſt Fractio irreducibilis, & ejus denominator contentum eſt ſub factore rationali Q & factore ſurdo irreducibili $R^{\pi}$, inveniendi ſunt lateris R diviſores omnes primi, & rejiciendus eſt diviſor unus magnitudinis cujuſque & per diviſores qui reſtant ſi qui ſint, multiplicandus eſt factor rationalis Q: Et ſi factum æquale eſt lateri R vel lateris illius poteſtati alicui cujus Index eſt numerus integer, eſto ille $m$, erit $\lambda - 1 = -\pi - m$, & $R^{\lambda-1} = R^{-\pi-m}$. Ut ſi Ordinata ſit

$$\frac{3q^5 - q^4x + 9q^3x^2 - q^2x^3 - 6qx^4}{qq - x^2\sqrt[3]{q^3 + q^2x - qx^2 - x^3}} = \frac{P}{QR^{\pi}}$$

quoniam jam factoris ſurdi latus $R = q^3 + q^2x - qx^2 - x^3$ diviſores habet $q + x$, $q + x$, $q - x$ qui duarum ſunt magnitudinum, rejicit diviſorem unum magnitudinis utriuſque & per diviſorem reliquum $q + x$ multiplicat factorem rationalem $q^2 - x^2 = Q$; et quoniam factum $q^3 + q^2x - qx^2 - x^3 = R$, ponit $m = 1$. Et inde cum $\pi$ ſit $\frac{1}{3}$, fit $\lambda - 1 = -\frac{4}{3}$. Ordinatam igitur reducit ad denominatorem $R^{-\frac{4}{3}}$ & fit $z^0 \times 3qx^6 + 2q^5x + 8q^4x^2 + 8q^3x^3 - 7q^2x^4 - 6x^5 \times \overline{q^3 + q^2x - qx^2 - x^3}|^{-\frac{4}{3}}$.

Unde (æquatis æquandis) ut deſumantur definitiones coefficientium Ordinatæ reductæ ad formam debitam a coefficientibus in prima Ordinata expoſita. Erit $3q^6 + 2q^5x + 8q^4x^2$, &c. $= a + bz^n + cz^{2n}$ &c. Et $\overline{q^3 + q^2x - qx^2 - x^3}|^{-\frac{4}{3}} = \overline{e + fz^n + gz^{2n}, \&c.}|^{\lambda - 1}$.
Unde $a = 3q^6$. $b = 2q^5$, &c. $e = q^3$. $f = qq$, &c.
$\theta - 1 = 0$. $\theta = 1 = n$. $\lambda = -\frac{1}{3}$. $r = 1$. $s = \frac{2}{3}$. $t = \frac{1}{3}$. $v = 0$. &c. &c.
Et Area prodit (ſubſtitutis ſubſtituendis) $\frac{3qqx + 2x^3}{\sqrt{a^3 + a^2x - ax^2 - x^3}}$ terminis omnibus in Serie tota poſt tertium evaneſcentibus.

Alteram inſuper Propoſitionem altioris in hiſce generis addit *Newtonus*, & Seriem earundem ad infinitum pergere ibidem aſſerit uti prius innuimus. Et annis aliquot poſt hæcce cum amicis quibuſdam per Epiſt. communicata uti *E. Wallis*, pag. 391, Edit. noviſſ. videre eſt D. *Gregorius* M. D. *Matheſeos Profeſſor tum temporis* Edinburg. *poſtea* Oxon. *Invenit per aliam Methodum Seriem ejuſdem generis cum Binomiali* Newtoniana *quanquam terminis complexionibus involutam*; *eamque D.* Archibaldus Pitcarnius *diebus tribus circiter vel quatuor antequam* Newtonianam *viderat, in lucem edidit.* & tria vel quatuor Exempla ſujungit quæ pro lubitu conſulat Lector, & ad hujuſmodi Series ad plurinomias etiam ſeu Infinitinomias quantitates extendi poſſe ibidem aſſerit.

# CAP. VII.

## *De Fluentibus Fluxionum Logarithmicalium, &c. Et Exponentialium.*

INventio *Exponentialium Fluxionum* uti & earundem cognatio cum Curvis Logarithmicis duplicem Authorem agnoſcit ſcil. *Leibnitium* (uti in Epiſtolis illis *Neutonianis* ad *Walliſium* videre eſt) et *Johannem Bernoullium.* Anno 1697 Menſe *Martii* (oblata occaſione a Domino *Nieuwentiit*) Geometra Clariſſimus *Johannes Bernoulli* in *Actis Eruditor.* de hujuſce generis Calculi Inventione & Principiis hæc habet.

*Hancce Inventionem eatenus* ſibi *attribuendam* dicit, *quod jam tum ante quinquennium ſponte ſua eo pervenerat, Domino* Leibnitio *non monente,* ut iſte (*Leibnitius* ſcil.) fatetur in actis Anni 1695 pag. 314.

Ipſum interim *Leibnitium* eundem inveniſſe calculum & ipſe faſſus eſt; *Quantitatem,* inquit, *elevatam ad potentiam indeterminatam (antequam etiam hæc* Leibnitio *conſiderata Intellexiſſem) vocabam percurrentem, quia omnes poſſibiles dimenſiones quaſi percurrit, hinc æquationes quantitatibus hujuſmodi conſtantes, ipſæque Curvæ per illas deſignatæ, eodem mihi nomine veniebant, quoniam vero exponentialium appellatio magno noſtro Geometræ arriſit, in illius honorem hoc alterum nomen & ego aſciſcam, miſſo priore, ne quod ſubinde accidit diverſa ejuſdem rei denominatio Lectori confuſionem pariat. Exponentialem igitur quantitatem concipiebam utut medium quid inter Algebraicam & Tranſcendentem, accedit enim, ad Algebraicam eo quod terminis finitis utut Indeterminatis conſtat, ad Tranſcendentem vero quod nulla conſtructione Algebraica exhiberi poſſit. Ipſa Logarithmica (communium Tranſcendentalium ſimpliciſſima) eſt ex hoc Curvarum genere, omneſque aliæ exponentiales ope hujus conſtrui, & earum tangentes determinari poſſunt, ut ex jam dicendis patebit.* Deinde (in *Nieuwentytii* prædicti gratiam uti ait) hæc tria (licet alias ſatis trita) exponit ut ſequitur.

1. *Quomodo una eademque Indeterminata poſſit eſſe in Curvæ Logarithmica de applicatarum genere & ſimul abſciſſa alterius cujuſdam Curvæ.*

2. *Quomodo ex æquatione* $x^v = y$ *deducatur hæc æquatio* $vlx = ly$, ubi per $lx$, $ly$, $lz$, &c. Intelligit Logarithmos ipſarum $x$, $y$, $z$, &c.

3. *Quomodo lx poſſit eſſe integrale* (ſeu Fluens) $\frac{\dot{x}}{x}$.

1. *Eſto* DE *Axis Curvæ* HGI *illiq;* *perpendicularis* DC.



“ Axis Logarithmicæ AB; producatur Applicata FE donec occurret “ Logarithmicæ AB in B a quo demiſſa perpendicularis BC æqualis “ erit Abſciſſæ DE; eſt autem BC applicata Logarithmicæ; ergo “ patet qua ratione abſciſſæ DE, cujuſcunque Curvæ HGF poſſint eſſe “ de applicatarum genere non ſolum in Logarithmica ſed in quavis “ etiam alia Curva AB, & quidem ita ut ſalva maneat relatio inter “ DE & EF quocunque etiam modo Creſcat DE ſive æqualiter ſive inæ- “ qualiter, adeo ut Sumptis differentiis Axis Logarithmicæ Cc æqualibus “ nihilominus, Differentialis FG & Differentiales Ec ſeu ipſa FE ad “ Subtangentem EL ſuam generalem perpetuo ſervat relationem.

“ 2. Ad demonſtrandum ſecundum quod ſit $vlx = ly$ inſpiciendæ “ ſunt (inquit) Vulgares quæ proſtant Tabulæ Logarithmicæ, quæ “ docent Logarithmum numeri quadrati, Cubi, Biquadrati, &c. Eſſe “ duplum, triplum, quadruplum, Logarithmi radicis, unde generaliter “ Log. $x^v = vlx$, &c. Supereſt

“ Tertium; Quod ita Oſtendo; ſi AD $= 1 =$ Subtangenti, & BC $=$ “ numero, erit, ut conſtat, DC Logarithmus ejuſdem, eſt autem ex “ Natura Logarithmicæ Subtang. in B$n$ $=$ BC $\times$ C$c$, & per Conſequens

“ quens $\frac{Bn}{BC}$ = C*c*, hinc ſi BC ſit $x$, $y$, $z$, &c. Et DC $lx$, $ly$, $lz$, &c.
“ erit $\frac{\dot{x}}{x}$, $\frac{\dot{y}}{y}$, $\frac{\dot{z}}{z}$, &c. $= \varphi : lx$, $ly$, $lz$, &c. Ergo etiam
F: $\frac{\dot{x}}{x}$, $\frac{\dot{y}}{y}$, $\frac{\dot{z}}{z} = lx$, $ly$, $lz$, &c. unde &c. et Demonſtratio generalis “ eſt, & nulla conditione, nullo reſpectu limitata. Demonſtratum “ enim eſt quacunque ratione Creſcant DC, DE, ſeu *bc*, BC ; quocunque “ demum appellentur nomine ſive $x$ ſive $y$, ſive abſolute, ſive “ reſpective conſiderentur, perpetuo earum Logarithmos eſſe D*c*, DC. “ Quod autem aſſumatur AD = 1 = Subtangenti id Compendii gratia “ tantum fit, quamcunque enim quantitatem, quidni ergo & Subtangentem “ unitati ſubſtituere tuto licet, ſi modo ad aſſumptum cæteræ “ omnes referantur. Diſcuſſis jam ut opinor difficultatum Nebulis “ venio ad ipſam Exponentialium tractationem. Quantitates Exponentiales “ ſunt diverſorum graduum quorum Infimus (qui hactenus tantum “ fuerat conſideratus) eſt quando Exponens conſtat Indeterminatis “ Ordinariis ut $y^m$, $x^n$, $z^p$ poſſint $^{m,\ n,\ p}$ eſſe quantitates ſimpliciter Indeterminatæ.

“ Quantitas Exponentialis ſecundi gradus eſt, cum Exponens ipſe “ eſt quantitas Exponentialis ut $y^{m^n}$ ; & ſic in Univerſum quantitas “ Exponentialis cujuſcunque gradus habet pro Exponente quantitatem “ Exponentialem gradus proximè præcedentis. Idem etiam Intellige “ de æquationibus & Curvis Exponentialibus ad ſuos gradus referendis. “ Nota interim quod ſi æquatio conſtet ex diverſis diverſorum graduum “ Exponentialibus, tunc æquatio ut & Curva per illam deſignata “ ſortietur nomen a potiori, de quibus omnibus hæc habe.

“ Eſto Curva Logarithmica quævis AB ſumptâque Subtangente pro “ Unitate, & ipſi æquali applicata AD ; Ordinata B*b* quovis modo “ varians, ſive ſit de Applicatarum Serie, ſive de Abſciſſarum genere “ alterius cujuſcunque Curvæ, ſi modo per minima Creſcat, ſive æqualiter “ ſive inæqualiter, ſit $x$, $y$, $z$, adeoque DC $= lx$, $ly$, $lz$. B*n* = “ $\dot{x}$, $\dot{y}$, $\dot{z}$. C*c* $= \varphi : lx$, $ly$, $lz$, &c. Unde fluit regula generalis *Fluxio* “ *logarithmi utcunque Compoſiti eſt æqualis fluxioni numeri diviſæ per Nu-*

*merum, ut* $\varphi : l : \sqrt{xx+yy} = \frac{x\dot{x}+y\dot{y}}{xx+yy}$. Ad Inveniendam ergo fluxionem
“ quantitatis Exponentialis primi gradus $m^n$ fiat $m^n = t$. Ergo $nlm = lt$;
“ at per Regulam generalem $\varphi : lm = \frac{\dot{m}}{m}$ & $\varphi : lt = \frac{\dot{t}}{t}$ ideoque $\frac{n\dot{m}}{m}$
$+ lm\dot{n} = \frac{\dot{t}}{t} =$ (ob. $m^n = t$) $\frac{\dot{t}}{m^n}$; unde $\dot{t}$ ſeu $\varphi : m^n = nm^{n-1}\dot{m} + m^n lm\dot{n}$;
“ id quod ſuggerit Regulam primam ſpecialem pro Exponentialibus
“ primi gradus, poſſunt enim pro $m$ & $n$ Quantitates intelligi quomo-
“ docunque ex Indeterminatis compoſitæ. Eſto jam Exponentialis
“ ſecundi gradus $m^{n^p}$ ponatur illa æqualis $t$, adeoque $n^p lm\dot{n} = lt$, ſump-
“ tis utrobique fluxionibus modo communi $n^p \varphi : l : m + l : m \varphi : n^p =$
“ $\varphi : l : t$. Quoniam autem per Regulam primam ſpecialem $\varphi : l,m$
“ $= \frac{\dot{m}}{m}$ & $\varphi : l,t = \frac{\dot{t}}{t}$ habebitur Regula ſecunda pro Exponentialibus
“ ſecundi gradus quæ hæc eſt, $\varphi : m^{n^p} = n^p m^{n^p-1}\dot{m} + pn^{p-1}m^{n^p}lm\dot{n}$
“ $+ n^p m^{n^p} lmln\dot{p}$. Eodem modo Inveniuntur Regulæ ſequentes pro alio-
“ rum graduum Exponentialibus, nec difficilius eſt Invenire Fluxiones
“ quantitatum quomodocunque ex illis compoſitarum ut $\varphi : m^n p^q = p^q$
“ $\times \varphi : m^n + m^n \times \varphi : p^q$ ubi ſi ſurrogetur valor ipſarum $\varphi : p^q$, $\varphi : m^n$ modo
“ ſupra Inventus prodibit Fluxio quæſita.

## *Exempla quæ adfert Vir Laudatus ſunt hæc.*

“ 1. Conſtruenda eſt Curva cujus Natura Exprimitur per hanc
“ æquationem Exponentialem $x^x = y$; ejus Tangens determinanda
“ Sumptis Logarithmis habetur $xlx = ly$ facta itaque Logarithmicâ AB
“ cujus ſubtangens ſit $= 1 =$ AD ſitque DE vel BC $= x$, erit DC $= lx$;

&

“ & per Conſequens ſi fiat AD : BC :: DC : DM erit DM $= ly$ & “ MN $= y$, cui ſi æqualis applicetur EF ad Abſciſſem DE erit punctum F in Curva optata HGF, Tangens in F determinatur ſic per “ Regulam primam ſpecialem $\dot{y} = x^x\dot{x} + x^x l : x\dot{x} =$ (ſubſtituto $y$ loco “ $x^x$) $y\dot{x} + 9lx\dot{x}$ id eſt $y + ylx : 1 :: \dot{y} : \dot{y}$ : ſubtang. $\frac{1}{1 + lx}$ hinc ſumpta “ EL tertia proportionali ad AD + DC & AD, erit FL tangens; “ quam proinde in terminis ordinariis expreſſimus.

“ Per Ordinarium & Aſſignabile non ſolum Algebraicam ſed etiam “ Tranſcendentem quantitatem, ſi modo ſit finita, comprehendit *Leibnitius*; Circuli utique peripheria terminis algebraicis Exprimi nequit, “ an ideo non eſt Ordinaria ſeu finita? ad ideo minus aſſignabilis, cum “ tamen Unico ductu Circini aſſignetur.

“ 2. Si proponatur Curva cujus æquatio $x^y = a$; habebitur ad Logarithmos reducta $ylx = la$, unde ut ſupra per Logarithmicam factum “ eſt, Elicitur Curvæ conſtructio; fluxiones autem inveniendo per “ Reg. 1. Specialem obtinetur $\dot{x} + lx\dot{x} = ly\dot{y}$ ex quo pariter Subtang. “ determinatio fluit, Obſervatu dignum hic venit quod hujus Figuræ “ Quadratura citra Seriem poſſit exhiberi, eſt enim $F : y\dot{x} = \frac{2xxlx - xx}{la}$.

“ 3. Si proponeretur $a^x = y$; adeoque $xla = ly$ prodiret $yla\dot{x} = \dot{y}$; “ id eſt Subtangens foret $= \frac{1}{la} =$ conſtanti; unde concludendum “ æquationem propoſitam ipſiſſimæ Logarithmicæ competere. Unico “ ergo ductu calami planam Regiamque qualem *D, N.* deſiderat viam “ aperui Logarithmicam hoc tempore nulli non cognitam ad æquationem Exponentialem reducendi.

“ 4. Eſto jam Exponentialis plurium terminorum, e. g. $x^x + x^a$ “ $= x^y + y$; ſumptis ſeparatim fluxionibus cujuſque termini per Regulam primam ſpecialem reperietur $\varphi : x^x = x^x\dot{x} + x^x lx\dot{x}$. $\varphi : x^a =$ “ $ax^{a-1}\dot{x}$. $\varphi : x^y = yx^{y-1}\dot{x} + x^y lx\dot{y}$ quæ rite diſpoſita dabunt æquationem hanc $x^x\dot{x} + x^x x\dot{x} + ay^{a-1}\dot{x} - yx^{y-1}\dot{x} = x^y lx\dot{y} + \dot{y}$; facto itaq; “ uti $\dot{y}$ ad $\dot{x}$; id eſt ut $x^x + x^x lx + cx^{c-1} - yx^{y-1}$ ad $x^y lx + 1$, ita $y$ ad

“ quartam, erit hæc quarta Subtangens quæſita curvæ propoſitæ. Nota
“ interim quod multitudo terminorum contractionem plane non impe-
“ diat; cum enim mediante Logarithmica ſingulis ſeorſim aſſignari poſſit
“ quantitas æqualis, patet utique quantitates iſtas hoc modo aſſignatas
“ & ſimul ſumptas formare illam ipſam quæ quæritur.

“ Exempla hucuſque allata abunde illuſtrabunt proceſſum inſtituen-
“ dum in aliis primi gradus exponentialibus, exque illis haud difficul-
“ ter perſpicitur, quomodo Methodus applicanda ſit ad altiores gradus;
“ in omnibus enim par operandi ratio Obſervanda eſt; hucuſq; D. *Johannes Bernoulli.*

*Cheynæus* Analytice quidem & ex Natura Logarithmorum petita demonſtratione fundamentum harum Methodorum oſtendit uti pag. 14. Meth. Inverſ. videre eſt; et Fluentes Fluxionum Logarithmicalium ulterius longe provexit. Quod priuſquam aggrediamur, fluxiones hujuſmodi quantitatum quomodo ulterius accipiendæ ſunt ibidem ſcil. pag. 14 & 28 oſtendit, uti ſynopſice ſequitur.

$$
\phi : \begin{cases}
lx = \dfrac{\dot{x}}{x} \\[2ex]
lx + 1 = \dfrac{\dot{x}}{x+1} \\[2ex]
l : lx = x^{-1}l^{-1}x\dot{x} = \dfrac{\dot{x}}{xlx}. \\[2ex]
l^{n}x = nx^{-1}l^{n-1}x\dot{x} \\
x^{m}l^{n} : lx = mx^{m-1}l^{n} : lx\dot{x} + nx^{m-1}l^{n-1} : lxl^{-1}x\dot{x}. \\
x^{m}l^{n}xl^{r} : lx + a^{m+n+r} = \begin{cases} mx^{m-1}l^{n}xl^{r} : lx\dot{x} + \\ nx^{m-1}l^{n-1}xl^{r} : lx\dot{x} + \\ rx^{m-1}l^{n-1}xl^{r-1} : lx\dot{x} \text{ \&c. \&c.} \end{cases}
\end{cases}
$$

Vel fluxionibus hiſce datis eſſe illas Fluentes Correſpondentes.

Hiſce ita ſe habentibus, Fluentes Fluxionum Logarithmicarum in Caſibus generalioribus exhibuit *Cheyneus*; cujus rei ulteriorem explicationem (quia nonnullis obſcuriores hujuſmodi quoque Series viſæ ſunt) hic ſiſtere in Tyronum gratiam non gravabimur; præmiſſa imprimis

Regula *Cheynæana* pro Aſſumptionibus in Infinitum quæ hujuſmodi eſt $\overline{\overline{\overline{x^{m+1}+lx+l:lx+l:.l:lx+1}|^{n+1}}|^{p+1}}|^{q+1}$ &c. quæ Evoluta (inquit) & Coefficientibus Indeterminatis adfecta dabit Seriem aſſumendam pro Fluentibus Logarithmicis quæſitis. Et hinc patet progreſſio Aſſumptionum ad Infinitum quod ex Infra Explicandis Elucidatius patebit. Adnotato, interim, quod cum Aſſumptio ad terminos aliquot quorum Indices progreſſione arithmetica ab o ad infinitum excurrere poſſint, ſolum porrigatur, ut Fluens generaliſſime exhibeatur, Indicibus indeterminatis progreſſione indefinita excurrentibus, exhiberi omnino debet; & ex aſſumptione primaria (ut jamjam antea diximus prout Natura fluxionis exigit) cæteræ etiam infinities in infinitum excurrentes ſeſe facillime explicant; uti fuſius infra patebit. Jam 1°. Sit Fluxio data $x^m lx\dot{x}$ (eadem ſcil. cum *Cheynæana* pag. 14) Jam ſecundum regulam ſupra allatam aſſumenda erit $x^{m+1}\times\overline{lx+1}|$ Coefficientibus Indeterminatis adfecta *viz.* $Bx^{m+1}lx+Cx^{m+1}$ quod ex Natura Methodi directæ ſic ulterius eluceſcat; Aſſumatur primario $Bx^{m+1}lx$; cujus accepta fluxione habebis $\overline{m+1}\times Bx^m lx\dot{x}+(Bx^{m+1}\frac{\dot{x}}{x}=)\,Bx^m\dot{x}$; jam primum membrum cum fluxione data Comparabitur, & facta Comparatione, determinataque Coefficiente $B=\frac{1}{m+1}$, reſtabit altera fluxionis pars ſcil. $Bx^m\dot{x}$, pro qua eapropter aſſumenda erit Fluens $Cx^{m+1}$ & ſic aſſumptio terminatur ſeu prorſus exhauritur, & ubi aſſumptio primaria Series eſt Infinita, dabitur (pro Natura fluxionis) Series Infinita fluxionum reſtantium, pro quibus alia rurſus Series Infinita aſſumenda eſt, & ſic porro donec aut in Series Plures aut Infinitas excurrat Fluens. Et hoc ex intima rei Natura profluit, eo, quo ſupra oſtenſum eſt, modo; ex aſſumptione autem primaria & ejuſdem Fluxione cæteræ omnes ad Infinitum dependent. Sic in *Cheynæo* pro fluxione $x^m l^n x\dot{x}$ ſola aſſumptio Primaria $Ax^{m+1}l^n x$ dabit ſubſequentes omnes Terminos & Series.

1°. Fluxio $rx^m l^n x\dot{x}$ in unica Fluentis Serie abſoluta erit, & Fluentem dabit $\frac{r}{m+1}x^{m+1}l^n x-\frac{nr}{\overline{m+1}|^2}x^{m+1}l^{n-1}x$ &c. ad Inf. uti ex aſſumpta fluxione & cum data &c. Comparatione patebit; ubi ſi $n =$ ſit numero integro aut affirmativo aut etiam nihilo in fluxione quavis particulari quæ ſub hac formula cadit Series abrumpetur, & Fluens exhibebitur in terminis finitis.

2°. Si Fluxio data eſſet $x^m l : lx\dot{x}$, aſſumenda erit $x^{m+1} \times \overline{l : lx}$ evoluta &c. quæ in hujuſmodi evolutione devenit $l^{-1}x + l^{-2}x + l^{-3}x$ &c. ad Inf. Aſſumenda ergo erit $x^{m+1} \times \overline{l : lx + l^{-1}x}$ &c. ad Inf. Coefficientibus Indeterminatis adfecta ſcil. $Ax^{m+1} l ; lx \ldots Bx^{m+1} l^{-1} x \ldots Cx^{m+1} l^{-2} x$ &c.

Sit jam 3°. Fluxio data $x^m l^2 : lx\dot{x}$; hujus aſſumpta Fluens Primaria ſcil. $Ax^{m+1} l^2 : lx \ldots Bx^{m+1} l^{-1} xl : lx \ldots Cx^{m+1} l^{-2} xl : lx$ &c. relinquet pro Serie Secunda aſſumenda hanc Fluxionum Seriem reſtantem viz. $x^m l^{-2} \dot{x}x \ldots x^m l^{-3} \dot{x}x$ &c. pro quibus rurſus aſſumenda erit $x^{m+1} l^{-2} x \ldots x^{m+1} \times l^{-3} x$ &c. ad Inf. Coefficientibus Indeterminatis adfecta, & Series exhaurietur, ſeu nullæ aliæ invenientur Fluxiones reſtantes &c.

Rurſus ſi eſſet Fluxio data $x^m l^3 : lx\dot{x}$ ex aſſumptione primaria (Coefficientibus Indeterminatis adficienda)

ſcil. $x^{m+1} l^3 : lx \ldots l^{-1} xl^2 : lx \ldots l^{-2} xl^2 : lx \ldots l^{-3} xl^2 : lx$ &c.
provenirent $\ldots\ldots\ldots l^{-2} xl : lx \ldots\ldots l^{-3} xl : lx \ldots l^{-4} l : lx$ &c.
$\ldots\ldots\ldots l^{-3} x \ldots\ldots\ldots l^{-4} x \ldots\ldots\ldots l^{-5} x$ &c.

Coefficientibus pariter Indeterminatis adficiendæ, & ſic exhauriretur; & ſic porro. Unde in eo genere Univerſaliter ſi data eſſet fluxio $x^m l^n : lx\dot{x}$; aſſumenda foret

$$x^{m+1} l^n : lx \ldots x^{m+1} l^{-1} xl^{n-1} : lx \ldots x^{m+1} l^{-2} xl^{n-1} : lx \text{ \&c.}$$
$$x^{m+1} l^{-2} xl^{n-2} : lx \ldots x^{m+1} l^{-3} xl^{n-2} : lx \text{ \&c.}$$

&c. ad Inf. &c. ad Inf.

Coefficientibus Indeterminatis adficienda ſcil.

$$\alpha x^{m+1}l^{n}:lx\,..\,Ax^{m+1}l^{-1}xl^{n-1}:lx\,..\,Bx^{m+1}l^{-2}xl^{n-1}:lx\,..\,Cx^{m+1}l^{-3}xl^{n-1}:lx \text{ \&c.}$$

$$Dx^{m+1}l^{-2}xl^{n-2}:lx\,..\,Ex^{m+1}l^{-3}xl^{n-2}:lx\,..\,Fx^{m+1}l^{-4}xl^{n-2}:lx \text{ \&c.}$$

&c. &c. &c.

& acceptis fluxionibus, habebis $x^{m}l^{n}:lx\dot{x} = \overline{m+1}\,\alpha x^{m}l^{n}:lx\dot{x}$. Unde $1°.\ 1 = \overline{m+1}\,\alpha$ & $\frac{1}{\overline{m+1}|} = \alpha$ &c. Et pergendo habebis pro reliqua Serie Comparationum

$$\left.\begin{array}{r} n\alpha x^{m}l^{-1}xl^{n-1}:lx\dot{x} \\ m+1Ax^{m}l^{-1}xl^{n-1}:lx\dot{x} \end{array}\right\} \left.\begin{array}{l} -1Ax^{m}l^{-2}xl^{n-1}:lx\dot{x} \\ m+1B\ldots\ldots\ldots\ldots \end{array}\right\} \begin{array}{l} -2Bx^{m}l^{-3}xl^{n-1}:lx\dot{x} \\ m+1C\ldots\ldots\ldots\ldots \end{array}$$

$$\left.\begin{array}{r} -3Cx^{m}l^{-4}xl^{n-1}:lx\dot{x} \\ m+1D\ldots\ldots\ldots\ldots \end{array}\right\} \text{\&c. ad Infinitum. Unde provenirent}$$

$2°.\ n\alpha = m+1A.\quad A = \frac{n\alpha}{m+1} = \frac{nr}{\overline{m+1}|^{2}}.$

$3°.\ -1A = m+1B\,.\,B = -\frac{1A}{m+1} = -\frac{1nr}{\overline{m+1}|^{3}}.$

$4°.\ -2B = m+1D\,.\,C = -\frac{2B}{m+1} = -\frac{1\times 2nr}{\overline{m+4}|^{4}}.$

$5°.\ -3C = m+1D\,.\,D = -\frac{3C}{m+1} = -\frac{1\times 2\times 3nr}{\overline{m+1}|^{5}}.$

$6°.\ -4D = m+1E.$ Unde $E = -\frac{4D}{m+1} = -\frac{1\times 2\times 3\times 4nr}{\overline{m+1}|^{6}}.$

Et ita porro ad Infinitum. Et pro Comparatione ulteriori reſtarent

$$\overline{n-1}Ax^{m}l^{-2}xl^{n-2}:lx\dot{x}\ldots\ldots\overline{n-1}Bx^{m}l^{-3}xl^{n-2}:lx\dot{x}\ldots\ldots$$

$$\overline{n-1}Cx^{m}l^{-4}xl^{n-2}:lx\dot{x}\ldots\ldots\overline{n-1}Dx^{m}l^{-5}xl^{n-2}:lx\dot{x} \text{ \&c.}$$

Pro quibus aſſumenda eſſet $Ex^{m+1}l^{-2}xl^{n-2}:lx\ldots Fx^{m+1}l^{-3}xl^{n-2}:lx\ldots$ $Gx^{m+1}l^{-4}xl^{n-2}:lx$ &c. Cujus, accepta fluxione, proveniret altera reſtantium Fluxionum Series viz.

$$\left.\begin{array}{l} m+1Ex^{m}l^{-2}xl^{n-2}x\dot{x}-2Ex^{m}l^{-3}xl^{n-2}:lx\dot{x} \\ \qquad\qquad m+1F\ldots\ldots\ldots\ldots \end{array}\right\} \begin{array}{l} +\overline{n-2}\times Ex^{m}l^{-3}xl^{n-3}:lx\dot{x}\ \&c. \\ \qquad\qquad \&c. \end{array}$$

quæ ultra reſtaret pro Serie adhuc ſubſequente, & ſic ad Infinitum: & habebis jam $n-1A=m+1E$. $E=\frac{n-1A}{m+1}$. $-2E+mF=\overline{n-1}B$. ſeu $m+1F=\overline{n-1}B+2E$. & $F=\frac{\overline{n-1}B+2E}{m+1}$ &c. quæ cum *Cheynæanis* Coincidunt. Et hinc patet Origo Naturalis (hoc in Caſu) Serierum Infinities-Infinitiarum.

Sit rurſus Fluxio data $px^{m}l^{r}xl^{n}:lx\dot{x}$ Exemplum ſcil. *Cheynean.* pag. 32. Aſſumatur (ſeu fiat aſſumptionis primariæ terminus primus)
1°. $\alpha x^{m+1}l^{r}xl^{n}:lx$ erit ejuſdem fluxio
$\overline{m+1}\alpha x^{m}l^{r}xl^{n}:lx\dot{x}+r\alpha x^{m}l^{r-1}xl^{n}:lx\dot{x}+n\alpha x^{m}l^{r-1}xl^{n-1}:lx\dot{x}$ erit itaque $px^{m}l^{r}xl^{n}:lx\dot{x}=\overline{m+1}\alpha x^{m}l^{r}xl^{n}:lx\dot{x}$ : Unde $p=\overline{m+1}\alpha$. $\alpha=\frac{p}{m+1|}$.

Sed quia jam reſtant $r\alpha x^{m}l^{r-1}xl^{n}:lx\dot{x}+n\alpha x^{m}l^{r-1}xl^{n-1}:lx\dot{x}$.

2°. Aſſumatur $Ax^{m+1}l^{r-1}xl^{n}:lx=$ ſecundo termino Fluentis; cujus Fluxio erit $m+1Ax^{m}l^{r-1}xl^{n}:lx\dot{x}-\overline{r-1}Ax^{m}l^{r-2}xl^{n}:lx\dot{x}+nAx^{m}l^{r-1}xl^{n-1}:lx\dot{x}$. Et Comparatio proxima erit $m+1Ax^{m}l^{r-1}xl^{n}:lx\dot{x}=r\alpha x^{m}l^{r-1}xl^{n}:lx\dot{x}$.

Seu $m+1A=r\alpha$. & $A=\frac{r\alpha}{m+1}=\frac{rp}{m+1|^{2}}$.
Unde $Ax^{m+1}l^{r-1}xl^{n}:lx=\frac{rp}{m+1|^{2}}x^{m+1}l^{r-1}xl^{n}:lx$.

3°. Jam pro proximo fluxionis reſtantis termino aſſumatur $Bx^{m+1}l^{r-2}xl^{n}:lx$; & ejuſdem Fluxio erit
$\overline{m+1}Bx^{m}l^{r-2}xl^{n}:lx\dot{x}+\overline{r-2}Bx^{m}l^{r-3}xl^{n}:lx\dot{x}+nBx^{m}l^{r-2}xl^{n-1}:lx\dot{x}$.

Et $-\overline{r-1}Ax^m l^{r-2}xl^n : lx\dot{x} = \overline{m+1}Bx^m l^{r-2}xl^n : lx\dot{x}$

Et $-\overline{r-1}A = \overline{m+1}B. \ -\frac{\overline{r-1}A}{m+1} = B = \frac{\overline{r-1}\times r\times p}{\overline{m+1}|^3}$.

4°. Aſſumatur $Cx^{m+1}l^{r-3}xl^n : lx$ cujus Fluxio erit

$$\overline{m+1}Cx^m l^{r-3}xl^n : lx\dot{x} + |\underline{\overline{r-3}Cx^m l^{r-4}xl^n : lx\dot{x} + nCx^m l^{r-3}xl^{n-1} : lx\dot{x}}$$

Erit $\overline{r-2}B = \overline{m+1}C.$ & $C = \frac{\overline{r-2}B}{m+1} = \frac{\overline{r-2}\times\overline{r-1}\times r\times p}{\overline{m+1}|^4}$.

5°. Aſſumatur $Dx^{m+1}l^{r-4}xl^n : lx.$ & habebis

$$\overline{m+1}Dx^m l^{r-4}xl^n : lx\dot{x}|\underline{+\overline{r-4}Dx^m l^{r-1}xl^n : lx\dot{x} + nDx^m l^{r-4}xl^{n-1} : lx\dot{x}}$$

Erit $\overline{r-3}C = \overline{m+1}D. \ \frac{\overline{r-3}C}{m+1} = D = \frac{\overline{r-3}\times\overline{r-2}\times\overline{r-1}\times r\times p}{\overline{m+1}|^5}$. &c.

ad Inf. pro prima Serie; unde e reſtantibus tertiis ex aſſumptione Primaria exurget Series Fluxionum quæ dabit ſeu determinabit Seriem Aſſumendam Secundam; & ſic porro ad Infinitum, viz. pro

$n\alpha x^m l^{r-1}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots nAx^m l^{r-1}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots nBx^m l^{r-2}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots\ldots$

$\ldots nCx^m l^{r-3}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots\ldots nDx^m l^{r-4}xl^{n-1} : lx\dot{x}$ &c. Aſſumenda foret

$Gx^{m+1}l^{r-1}xl^{n-1} : lx + Hx^{m+1}\times l^{r-2}xl^{n-1} : lx$ &c. ad Infinitum quæ adhuc

ſuam reſtantium Seriem relicturæ ſunt, & ſic porro ad Inf. ſeu poſterioris hujus æquationis accepta Fluxio Comparanda erit cum reſpectiva reſtantium Serie, & Series alia adhuc reſtabit, viz.

$\varphi : Gx^{m+1}l^{r-1} : xl^{n-1} : lx = \overline{m+1}Gx^m l^{r-1}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots$

$\ldots\ldots \overline{r-1}Gx^m l^{r-2}xl^{n-1} : lx\dot{x} \ldots\ldots \overline{n-1}Gx^m l^{r-2}xl^{n-2} : lx\dot{x}$ jamq; haberes

$n\alpha = \overline{m+1}G.$ ſeu $G = \frac{n\alpha}{m+1} = \frac{np}{\overline{m+1}|^2}$, & ſic porro ad Inf.

Haſce applicat *Cheynæus* ad Fluxionum Logarithmo-logarithmicarum Fluentes obtinendas; & uſum oſtendit in Exponentialibus ſecundi gradus. Uti videre eſt Pag. 34. *Meth. Inverſ.* quam conſulat Lector. Si jam alii Irrationalitatis gradus adeſſent, Series hæ Infinities Infinitæ in unam partitionem Colligendæ eſſent, ubi unaquæque unam lineam conficeret, & ſic protenderentur ad Inf. & ſecunda eodem modo protenſa alium Infinitatis gradum ſeu gradum alium Infinities-infinitum compleret, ſeu duos gradus conficeret; Tertia tertium daret & ſic porro gradus Infinito-Infinities Infiniti ad Infinitum facillime (modo literæ ſuppeterent) Exprimerentur.

CAP.

# CAP. VIII.

## *De Quadratura Curvarum Irrationalium Craigiana*, &c.

DOM. *J. Craigius* poſt Editas diu antea Curvarum Quadraturas quaſdam, tandem ad figuras quas vocat Irrationales pervenit; harum Specimina e Tranſact. Philoſ. Nº 232. Verbis inſequentibus diſſerit; “ Sit ACF Semicirculus cujus diameter eſt AF, ADE Curva Geometrice Irrationalis, cujus ordinatim applicata BD, ſecat Semicirculum in C Quantitates vero ſic deſignentur; Diameter AF $= 2a$, abſciſſa AB $= y$, Arcus AC $= v$, Ordinata BD $= z$: Sitque $ruy^{n}$ æquatio generalis exprimens naturas Curvarum Geometrice Irrationalium ADE, in qua $r$ denotat quantitatem quamlibet datam & determinatam, & $n$ Exponentem Indefinitum quantitatis Indeterminatæ $y$. Dico Aream ABD $= \frac{ruy^{n+1}}{n+1} - qv$



$$+ \sqrt{2ay - yy} \times \frac{rx}{\overline{n+1}|^{2}}\, y^{n} + \frac{2nra^{2} + ra^{2}}{n \times \overline{n+1}|^{2}}\, y^{n-1} + \frac{aA \times \overline{2n-1}}{n-1}\, y^{n-2}$$

$+ aB$

“ $+ \frac{aB \times \overline{2n-3}^{2}}{n-2} y^{n-2} + \frac{aC \times \overline{2n-5}}{n-3} y^{n-4} + \frac{aD \times \overline{2n-7}}{n-4} y^{n-5}$

“ $+ \frac{aE \times \overline{2n-9}}{n-5} y^{n-6} +$, &c. De hac Serie Infinita hæc ſunt notanda,

“ (1.) Quod Literæ Majuſculæ A, B, C, D, E, &c. deſignent Coeffici-
“ entes Terminorum ipſis immediate præcedentium, ſcil.

$A = \frac{2nra^2 + ra^2}{n \times \overline{n+1} \times \overline{n-1}}$, $B = \frac{aA \times \overline{2n-1}}{n-1}$, $C = \frac{aB \times \overline{2n-3}}{n-2}$, & ſic

“ porro. (2.) Quod ſi exponens $n$ ſi Numerus Integer & poſitivus,
“ aut nihilo æqualis, vel etiam ſi $2n$ ſit Numerus Impar, tum Quadra-
“ tura Spatii ABD exhibeatur per Quantitatum finitam; Serie in his
“ Caſibus abrumpente. (3 ) Quod $q$ deſignet terminum ultimo abrum-
“ pentem. (4.) Quod omnes illæ Figuræ in quibus Series abrumpitur,
“ habeant unam Portionem Geometrice quadrabilem, ex ipſa Serie fa-
“ cillime aſſignabilem : nimirum ſi capiatur abſciſſa $y = \overline{r}|^{\frac{1}{n+1}}$
“ $\times \overline{nq+q}|^{\frac{1}{n+1}}$; erit huic abſciſſæ Competens Area Geometrice
“ quadrabilis. (5.) Quod ſolus terminus Irrationalis $\sqrt{\overline{2ay-yy}|}$ in ter-
“ minatos ipſum ſequentes ſit Multiplicandus.

“ *Ex.* 1. Sit $z = v$, quia in hoc Caſu $r = 1$, $n = o$, ideo $\frac{ra}{\overline{n+1}|^{2}} y^n$
“ eſt terminus ultimo abrumpens, quare $q = a$, under $ABD = vy - av$
“ $+ a + \sqrt{2ay-yy}$: & proinde ſi (per Not. 4.) Capiatur abſciſſa $y = a$,
“ id eſt, ſi Ordinata tranſeat per Circuli Centrum, erit portio huic
“ Competens Geometrice quadrabilis, ſcil. Area $= aa$, id eſt, Radii
“ Quadrato.

“ *Ex.* 2. Sit $z = \frac{vy}{a}$ quia in hoc caſu $r = \frac{a}{1}$, $n = 1$, ideo
“ $\frac{anraa + raa}{n \times \overline{n+1}|^{2}} y^{n-1}$ eſt terminus ultimo abrumpens, quare $q = \frac{3a}{4}$, unde
“ $ABD = \frac{vy^2}{2a} - \frac{3av}{4} + \frac{y+3a}{4} \sqrt{2ay-y}$, & proinde ſi ( per Not. 4)

“ capiatur $y=\sqrt{\frac{3aa}{2}}$, erit huic abſciſſæ competens Area Geometrice
“ Quadrabilis, ſcil. Area $=\sqrt{\overline{\sqrt{6a^4}-\frac{3a^2}{2}}}\times\frac{\sqrt{3a^2}}{32}+\frac{3a}{4}$.

“ *Ex.* 3. Sit $z=\frac{vy^2}{aa}$; in hoc caſu $r=\frac{1}{aa}$, $n=2$, ideo $\frac{aA\times 2n-1}{n-1}y^{n-2}$
“ eſt terminus ultimo abrumpens, ergo $q=\frac{5a}{6}$; unde per Seriem In-
“ finitam erit ABD $=\frac{6vy^3-15a^3v+\overline{2ay^2+5a^2y+15a^3}\sqrt{2ay-yy}}{18a^2}$ &
“ proinde ſi (per Not. 4.) capiatur $y=\sqrt[3]{\frac{5a^3}{2}}$ erit Abſciſſæ competens
“ Area Geometrice Quadrabilis, ſcil. Area $=\frac{2ay^2+5a^2y+15a^3}{18a}$
“ $\times\sqrt{2ay-yy}$.

“ Secundo, Sit ACB Parabola, cujus Axis AE, Vertex A, & Latus
“ Rectum BA.



“ Sitque ADG Curva Geometrice Irra-
“ tionalis, cujus Ordinata BD ſecat Pa-
“ rabolam in C. Et vocatur Abſciſſa
“ AB $y$, Ordinata BD $z$, Arcus Para-
“ bolicus AC $v$. Sitque Æquatio gene-
“ ralis, exprimens naturas Infinitarum
“ Curvarum Irrationalium, hæc, $z=rvy^n$
“ in qua $r$ denotat Quantitatem datam
“ & determinatam, & $n$ Exponentem
“ Indeterminatæ $y$. Dico Aream ABD

“ $=\frac{ry^{n+1}v}{n+1}-qv+\sqrt{2ay+yy}\times-$

“ $\frac{r}{n+2\times n+1}y^{n+1}-\frac{ra}{n+2\times\overline{n+1}|^2}y^n$

“ $+ \frac{raa \times 2n+1}{n \times n+2 \times \overline{n+1}|^2} y^{n-1} - \frac{aA \times 2n-1}{n-1} y^{n-2} + \frac{aB \times 2n-3}{n-2} y^{n-3}$

“ $\frac{aC \times 2n-5}{n-1} y^{n-4} +$, &c De hac Serie hæc ſunt notanda ; 1. Quod
“ Literæ majuſculæ A, B, C, &c. denotant Coefficientes terminorum
“ ipſis præcedentium. 2. Quod ſi exponens $n$ ſit integer poſitivus aut
“ nihilo æqualis, aut etiam ſi $2n$ ſit numerus Impar, tum Quadratura
“ exhibeatur per numerum Terminorum finitum ; Serie in his Caſibus
“ abrumpente.

3. “ Quod $+ q$ ſit æqualis Termino ultimo abrumpenti.

4. “ Quod ex terminis Quantitatem $\sqrt{2ay+yy}$ multiplicantibus ultimo
“ abrumpens ſit duplicandus.

5. “ Quod omnes illæ Figuræ in quibus $n$ eſt numerus Integer poſiti-
“ vus & impar ; vel generalius, omnes illæ Figuræ, in quibus ulti-
“ mus Terminus abrumpens habet Signum Affirmativum ſeu $+$, ha-
“ beant unam Portionem Geometrice Quadrabilem, & ex ipſa Serie facile
“ aſſignabilem, ſumendo Abſciſſam ut in Not. 4. præcedentis Seriei.

*Exemp.* 1.

“ Sit $z = v$, quia in hoc Caſu $r = 1$, $n = 0$, ideo terminus ultimo
“ abrumpens eſt $- \frac{ra}{n+2 \times \overline{n+1}|^2} y^n$, unde $+ q = - \frac{a}{2}$ (per Not. 3.)
“ & quia in hoc Caſu $- \frac{a}{2}$ eſt terminus ultimo abrumpens, ideo $-a$ eſt
“ ultimus Terminus in $\sqrt{2ay+yy}$ multiplicandus (per Not. 4.) adeo-
“ que $vy + \frac{av}{2} + \sqrt{2ay+yy} \times \overline{-\frac{1}{2}y-a}. =$ Areæ.

*Exemp.* 2.

“ Sit $z = \frac{vy}{a}$, quia in hoc Caſu $r = \frac{1}{a}$, $n = 1$, ideo terminus ulti-
“ mo abrumpens eſt $\frac{raa \times 2n+1}{n \times n+2 \times \overline{n+1}|^2} y^{n-1} = \frac{a}{4}$, unde $q = \frac{a}{4}$, $\frac{a}{2}$ ulti-

“ mus terminus in $\sqrt{2ay+yy}$ multiplicandus; adeoque ABD $= \frac{vyy}{2a}$
“ $-\frac{av}{4} + \sqrt{2ay+y^2} \times -\frac{y}{6a} - \frac{y}{12} + \frac{a}{2}$; & ſi capiatur $y = \sqrt{\frac{aa}{2}}$,
“ erit Area competens Grometrice Quadrabilis, ſcil. Area $= \frac{1}{12} \sqrt{:\sqrt{2a^4+\frac{a^2}{2}}}$
“ $\times 5a - \sqrt{\frac{a^2}{2}}$.

“ 3. Sit ACF Semicirculus; ADE Curva Geometrice Irrationalis, cujus Ordinata BD ſecat Semicirculum in C;
“ Quantitates vero deſignentur ut prius, ſcil. Diam.
“ AF $= 2a$, Abſciſſa AB $= y$, Arcus AC $= v$, Ordinata BD $= z$.
“ Sitque $z = rv^2y^n$ Æquatio exprimens naturas Curvarum ADE; in
“ qua $r$ denotat Quantitatem quamlibet datam & determinatam, & $n$
“ exponentem Indefinitum Quantitatis Indeterminatæ $y$. Dico Aream

Tranſact. N° 235. *Vid. Fig.* 1.

$$“\ \mathrm{ABD} = \frac{rv^2y^{n+1}}{n+1} - qv^2 + v\sqrt{2ay-yy} \times \frac{2ra}{\overline{n+1}|^2}y^n$$

$$“\ + \frac{2ra^2 \times \overline{2n+1}}{n \times \overline{n+1}|^2}y^{n-1} + \frac{aA \times \overline{2n-1}}{n-1}y^{n-2} + \frac{aB \times \overline{2n-3}}{n-2}y^{n-3}$$

$$“\ + \frac{aC \times \overline{2n-5}}{n-3}y^{n-4} + \frac{aD \times \overline{2n-7}}{n-4}y^{n-5} + \frac{aE \times \overline{2n-9}}{n-5}y^{n-6}, \text{\&c.}$$

$$“\ - \frac{2ra^2}{\overline{n+1}|^3}y^{n+1} - \frac{2ra^3 \times \overline{2n+1}}{n^2 \times \overline{n+1}|^2}y^n - \frac{a^2A \times \overline{2n-1}}{\overline{n-1}|^2}y^{n-1} - \frac{a^2B \times \overline{2n-3}}{\overline{n-2}|^2}y^{n-2}$$

$$“\ - \frac{aC \times \overline{2n-5}}{\overline{n-3}|^2}y^{n-3}, \text{\&c.}$$

“ De hoc Theoremate hæc ſunt notanda. 1. Quod componatur ex
“ duabus Seriebus Infinitis; quarum prior (Signo + connexa) multi-
“ plicatur in $v\sqrt{2ay-yy}$; termini autem poſterioris (Signo — affecti)
“ ſunt abſoluti. 2. Quod in priori Serie Literæ majuſculæ A, B, C,
“ D, E, &c. deſignent Coefficientes terminorum ipſis reſpective præce-
“ dentium; nec non in poſteriori eoſdem obtineant Valores, quos in
“ pri-

" priori. 3 Quod Quadratura exhibeatur per Quantitatem finitam,
" quando $n$ eſt Numerus Integer poſitivus, aut nihilo æqualis, vel etiam
" ſi $2n$ ſit Numerus Impar: Nam in his Caſibus utraque Series ab-
" rumpetur. 4. Quod $2q$ ſit æqualis ultimo termino abrumpenti pri-
" oris Seriei.

*Exemp.* 1.

" Sit $z = \frac{v^2}{a}$, quia in hoc caſu $n = 0$. $r = \frac{1}{a}$, ideo erit Area
" $= \frac{yv^2}{a} - v^2 + 2v\sqrt{2ay - yy} - 2ay$.

*Coroll.* " Integra Figura eſt æqualis duplo Quadrato, cujus Latus eſt
" ACF, dempto Diametri Quadrato.

*Exemp.* 2.

" Sit $z = \frac{yv^2}{a^2}$, quia in hoc caſu, $n = 1$, $r = \frac{1}{a^2}$, ideo erit Area
" ABD $= \frac{y^2v^2}{2a^2} - \frac{1}{4}v^2 + v\sqrt{2ay - yy} \times \overline{\frac{v}{2a} \times \frac{3}{2}} - \frac{1}{4}y^2 - \frac{3ay}{2}$.

*Exemp.* 3.

" Sit $z = \frac{y^2v^2}{a^3}$, quoniam in hoc caſu $n = 2$, $r = \frac{1}{a^3}$, ideo erit Area
" ABD $= \frac{y^3v^2}{3a^3} - \frac{5}{6}v^2 + v\sqrt{2ay - y^2} \times \overline{\frac{2y^2}{9aa} + \frac{5y}{9a} + \frac{5}{3}} - \frac{2y^3}{27a} - \frac{5y^2}{18}$
" $- \frac{5ay}{3}$.

Hæcce autem omnia ad Infinitum pergentia, in uno generali Theoremate, concludit Dr. *Cheyneus*, quod hic explicare Operæ pretium duximus,

ſcil.

Sit jam Fluxio data generalis illa *Cheynaana*, ſcil. $\dot{y} \times ry^n \times \mathrm{F}: \overline{\frac{ay}{\sqrt{2ay+y^2}}}\Big|^m$ vel $ry^n v^m \dot{y}$, & ex Serie prima (more *Craigiano*) debite aſſumpta Coefficientibus Indeterminatis adfecta, reſtabit Series Fluxionum ſecunda ſeu terminorum involventium $v^{m-2}$ pro quibus aſſumenda erit ſecunda Fluens e qua (ſumptis Fluxionibus) rurſus reſtabit Fluxionum Series tertia $v^{m-3}$ involventium, & ſic ad Infinitum, adeo ut Fluens erit.

$$1.\ \frac{rv^m y^{n+1}}{n+1} - bv^m + \sqrt{2ay-yy} \times \frac{mra}{\overline{n+1}|^2} y^n v^{m-1}$$

$$+ \frac{\mathrm{A}a \times \overline{2n+1}}{n} y^{n-1} v^{m-1}, \text{ \&c. ad Inf.}$$

$$2.\ \frac{m \times \overline{m-1} \times ra^2}{\overline{n+1}|^3} y^{n+1} v^{m-2} - \frac{\overline{m-1}\,\mathrm{A}a^2 \times \overline{2n+1}}{n^2} y^n v^{m-2}, \text{ \&c.}$$

ad Inf. &c. + $cv^{m-2}$.

$$3.\ \frac{-m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times ra^3}{\overline{n+1}|} y^n v^{m-3} -$$

$$\frac{\overline{m-1} \times \overline{m-2}\,\mathrm{A}a^3 - n^2 \mathrm{E}a \times 2n+1}{n^3} y^{n-1} v^{m-3} \times \sqrt{2ay-yy}, \text{ \&c.}$$

$$4.\ \frac{m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3}\,ra^4}{\overline{n+1}|^5} y^n v^{m-4}$$

$$+ \frac{\overline{\overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \mathrm{A}a^4 + \overline{m-3} \times n^2 \mathrm{E}a^2 \times 2n+1}}{n^4} y^{n-1} v^{m-4}$$

+ &c. — $dv^{m-4}$.

$$5.\ \frac{m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}\,ra^5}{\overline{n+1}|^6} y^n v^{m-5}, \text{ \&c.}$$

$\times \sqrt{2ay-yy}$, &c. &c. ad Inf.

## *Obſervanda in hoc Theoremate proponit* Cheynæus.

1. “ QUOD conſtet infinitis Numero Seriebus infinitis; quarum “ prior habet omnes terminos præter ſecundum Signo + “ adfectos, Binæ ſequentes habent omnes terminos Signo — adfectos, “ Binæ inde ſequentes Signo + ſic in ſequentibus per binas alternatim “ præter unicum ſemper terminum in Seriebus paribus.

2. “ Quod in ſingularibus iſtis Terminis jam memoratis Serierum “ parium, & in prima Serie, ſcil. in Termino ſecundo Seriei primæ “ $bv^m$, eſt $mb =$ ultimo Termino abrumpenti iſtius Seriei; & $cv^{m-2}$ “ Seriei ſecundæ, eſt $m - c =$ ultimo Termino abrumpenti Seriei “ tertiæ; in $dv^{m-1}$ Seriei quartæ eſt $\overline{m - 2d} =$ ultimo termino abrumpenti Seriei quintæ, & ſic in cæteris.

3. “ Quod Series particulares ſunt alternatim abſolutæ & multi- “ plicatæ in $\sqrt{2ay - yy}$, ſcil. prima Series (præter binos primos Termi- “ nos) ducitur in $\sqrt{2ay - yy}$; ſecunda eſt abſoluta; tertia ducitur in “ $\sqrt{2ay - yy}$; quarta eſt abſoluta, & ſic deinceps.

4. “ Quod Literæ majuſculæ eundem ubique valorem obtinent, & “ quod ubicunque emicat majuſcula nova in Serie aliqua, ſemper ſigni- “ ficat Integrum Coefficientem præcedentem iſtius Seriei; adeoque “ promptum erit oculi intuitu Series continuare *v. g.* ſecundus Termi- “ nus ſeptimæ Seriei erit

$$\frac{-\overline{m-1}\times\overline{m-2}\times\overline{m-3}\times\overline{m-4}\times\overline{m-5}\times\overline{m-6}\times Aa^7-\overline{m-3}\times\overline{m-4}\times\overline{m-5}}{n^6}$$

$$\underline{\times\, m-6\times n^2\times Ea^5-\overline{m-5}\times\overline{m-6}\times n^4\times Ia^3-n^6\times Na\times 2n+1}\; y^n v^{m-7}.$$

5. “ Quod Numerus Serierum finitus evadit quando *m* eſt Numero “ Integro & Affirmativo aut nihilo æqualis.

6. “ Quod Numerus terminorum in particularibus Seriebus finitus “ evadet, quando *n* Numero Integro & Affirmativo aut nihilo, vel $2n$ “ Numero Impari affirmativo aut nihilo æqualis eſt.

7. “ Quod denique niſi tum *m* tum *n* æquales fuerint numero alicui “ Integro & Affirmativo aut nihilo, vel $2n$ Numero Impari Affirmativo “ aut nihilo, fluens terminis Numero finitis non exhibebitur.

Sit jam in Exemplum Theorema præcedens *Craigianum*, viz. pro $rv\dot{y}^n$ & invenietur eſſe hujus caſus particularis. Namque erit $m=1$, & $n=n$, &

$$\frac{rv^my^{n+1}}{n+1}=\frac{rvy^{n+1}}{n+1}.-bv^m=-qv.\sqrt{\overline{2ay-yy}}\times\frac{mra}{\overline{n+1}|^2}=\sqrt{\overline{2ay-yy}}\times\frac{ra}{\overline{n+1}|^2}y^n$$

*Exempl.* Cheynæi *in Rudim.* p. 22.

( nam hic $v$ ob terminum $m-1=0$ evaneſcit) & ſic porro. Sic $v^3\dot{y}$ faciendo $m=3$, $n=1$, $r=1$, dat $\frac{1}{2}v^3y^2-bv^3+\sqrt{\overline{2ay-yy}}+\frac{3}{4}av^2y+\frac{9}{4}a^2v^2$ (hic abrumpitur in hac Serie ob $n-1=0$ in terminis ſequentibus) $\frac{3}{4}a^2y^2v-\frac{9}{2}a^3yv$ (hic etiam ſiſtendum in ſecunda Serie) $+Cv-\frac{3}{8}a^3y-\frac{27}{8}a^4$. Hic Fluens omnino terminatur, & quia $\frac{9}{4}a^2y^2$ eſt terminus ultimo abrumpens in prima Serie, igitur $3b=\frac{4}{9}a^2$ adeoque $b=\frac{3}{4}a^2$. Item $\frac{27}{8}a^4$ eſt terminus ultimo abrumpens in tertia Serie, ideo $c=\frac{27}{8}a^4$, quare vera Fluens eſt $\frac{1}{2}v^3y^2-\frac{3}{4}a^2v^3+\sqrt{\overline{2ay-yy}}\times\overline{\frac{3}{4}av^2y+\frac{9}{4}a^2v^2}$ $-\frac{3}{4}a^2y^2v-\frac{9}{3}a^3y^2+\frac{27}{8}a^4v-\overline{\frac{3}{8}a^3y-\frac{27}{8}a^4}\times\sqrt{\overline{2ay-yy}}$. Rurſus $v^3y^{\frac{1}{2}}\dot{y}$, ubi $m=3$, $n=1$, $r=1$, debite applicata dabit

$$\frac{2}{3}v^3y^{\frac{1}{2}}-bv^2+\sqrt{\overline{2ay-yy}}\times\overline{\frac{4}{3}ay^{\frac{1}{2}}v^2+\frac{16}{3}a^2y^{-\frac{1}{2}}v^2}-\frac{16}{9}a^2y^{\frac{3}{2}}v$$

$-\frac{64}{3}y^{\frac{1}{2}}v+Cv$, $-\frac{33}{27}a^3y^{\frac{1}{2}}-\frac{1024}{27}a^4y^{-\frac{1}{2}}$ ubi quia $\frac{16}{3}a^2$ eſt Coefficiens ultimi Termini abrumpentis in prima Serie $3b=\frac{16}{3}a^2$ adeoque $b=\frac{16}{3}a^2$, item $c=\frac{1024}{27}a^4$. Eodem modo $z=ry^{-n}v$ ( ubi $v$ denotat Arcum Circuli cujus Radius $a$, Ordinata $\sqrt{\overline{2ay-yy}}$) dabit Aream

$$=\frac{ry^{-n+1}v}{-n+1}+\sqrt{\overline{2ay-yy}}\times\frac{-r}{3-2n\times1-n}y^{-n+1}+\frac{\overline{n-2}\times-A}{5-2\times a}y^{-n+2}$$

$$+\frac{\overline{n-3}\times-B}{\overline{7-2n}\times a}y^{-n+3}+\frac{\overline{n-4}\times-C}{9-2n\times a}y^{-n+4}+\frac{\overline{n-5}\times-D}{11-2n\times a}y^{-n+5}$$

$$\frac{n-6+-E}{\overline{13-2n}\times a}y^{-n+6},\ \&c.$$

Sit jam Fluxio data $v^3\dot{x}$ unciatim inveſtiganda, ubi $v = \mathrm{F} : \frac{r\dot{x}}{\sqrt{2rx - x^2}}$.

Sit $\mathrm{A}v^3x =$ primo Termino. Erit $\varphi : v = \frac{r\dot{x}}{\sqrt{2rx - x^2}}$ & $\varphi : \mathrm{A}v^3x = \mathrm{A}v^3\dot{x}$ $+ 3\mathrm{A}\dot{v}^2 vx$.

$$\mathrm{A}v^3\dot{x} = v^3\dot{x}. \quad \mathrm{A} = 1$$

Reſtat $3\mathrm{A}^2\dot{v}x = \frac{3\mathrm{A}v^2rx\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$ pro qua aſſumatur $\mathrm{B}v^3\sqrt{2rx - xx}$. Erit ejus Fluxio $= -\frac{\mathrm{B}v^2x\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}} + \frac{\mathrm{B}rv^2\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$, & Terminus tertius Fluentis ex ſecundo proveniens (namque $\mathrm{F} : \frac{r\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}} = v$) erit $\mathrm{C}v^3$ cujus Fluxio eſt $3\mathrm{C}\dot{v}v^2 = \frac{3\mathrm{C}v^2r\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$ qui correſpondet $\frac{\mathrm{B}rv^2\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$.

Terminus reſtans $\frac{\mathrm{B}rv\dot{x}\sqrt{2rx - xx}}{\sqrt{2rx - xx}} = \mathrm{B}rv\dot{x}$ poſtulat $\mathrm{D}ux$ cujus Fluxionis Terminus primus $= \frac{\mathrm{D}v\dot{x} \times \sqrt{2rx - xx}}{\sqrt{2rx - xx}} = \mathrm{D}v\dot{x}$; & ſecundus Terminus $= \frac{\mathrm{D}rx\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$ dat proximum Terminum Fluentis $= \mathrm{E}\sqrt{2rx - xx}$ cujus Terminus primus $- \frac{\mathrm{E}x\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}} = \frac{\mathrm{D}rx\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$. Secundus $\frac{\mathrm{E}r\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$ dat $\mathrm{F}v$ pro ſexto Termino, &c. Namque Fluxio ejus $\frac{\mathrm{F}r\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$ $= \frac{\mathrm{E}r\dot{x}}{\sqrt{2rx - xx}}$; ſic habebis $v^3x + 3v^2 \times \sqrt{2rx - xx} - rv^3 - 3r^2vx$ $- 3r^3 \times \sqrt{2rx - xx} + 3r^3v =$ Fluenti.

CAP.

# CAP. IX.

## *De Æquationibus Fluxionalibus.*

JAM tandem ad Æquationes Fluxionales devenimus, in quibus etiam cæteris omnibus præivit *Neutonus*, uti *Cap.* primo inſinuavimus; pro hujuſmodi Generis Æquationibus duplicem invenit Methodum alteram Particularem, ut ait & Concinniorem, alteram Generaliorem; a poſteriori incipiemus quam *Newtonus* in Epiſtol. poſteriori ait, *Conſiſtere in Aſſumptione Serei pro Quantitate qualibet Incognita ex qua cætera commode derivari poſſint; & in Collatione terminorum Homologorum Æquationis reſultantis ad Eruendos Terminos aſſumptæ Seriei.* Huic in eodem Genere longo poſt temporis intervallo, ſcil. Ann. 1684 ſucceſſit etiam *Leibnitius*, cujus Exemplum hic deſumemus. Sed prius adnotandum eſt in hac Methodo, an in Fluxione propoſita Quantitas exiſtat omnino cognita necne, in eo enim Caſu Series aſſumenda a Quantitate ſeu Termino invariabili incipienda eſt; alias autem ab Indeterminata cum Coefficiente incognita adfecta, & harnm aſſumptionum acceptæ Fluxiones & Æquatæ Fluxionibus datis, poſt debitam factam Comparationem & Subſtitutionem, dabunt Fluentes quæſitas. Exemplum *Neutonianum* quod etiam *Cheynæus* proponit, hocce eſt, ſit Æquatio Fluxiones primas involvens $y^2\dot{x}^2 - x^2\dot{x}y = dd\dot{x}^2 - dx\dot{x}^2$, in qua quæritur $y$ per $x$; poſita $\dot{x} = 1$; & reducta Æquatione, proveniet $y^2 - x^2\dot{y} - dd + dx = 0$. Jam aſſumit $y = a + bx + cx^2 + dx^3 + ex^4 + fx^5$, &c. quare $y^2 = a^2 + 2abx$

$+ \overline{2ac + b^2}x^2 + \overline{2ad + 2bc}\,x^3 + \overline{2be + 2af + c^2}\,x^4$, &c. Et $- x^2\dot{y} = - bx^2 - 2cx^3 - 3ex^4$, &c. quibus ſubſtitutis Loco ipſorum $y^2$ & $- x^2\dot{y}$, Ordinataque Æquatione, fiet

$$o = \left\{ \begin{array}{rlllll} y^2 = & a^2 + 2abx & + 2acx^2 & + 2aex^3 & + 2bex^4, & \&c. \\ & & + b^2 & + 2be & + 2af & \\ & & & & c^2 & \&c. \\ \ddot{x}^2y = & & - b^2 & - 2c & - 3e^2 & \&c. \\ + dx = & + \quad dx & & & & \\ - dd = & - \quad dd. & & & & \end{array} \right\} = o$$

poſitis jam ſingulis terminis Æqualibus nihilo, determinabuntur Coefficientes ſic, $aa - dd = o$, & $a = d$; $2ab + d = o$, $b = - \frac{d}{2a}$, $- \frac{d}{2a} = - \frac{1}{2}$. $2ac + b^2 - b = o$, & $c = - \frac{3}{8d}$, $e = - \frac{9}{16d^2}$, &c. quare ſubſtitutis hiſce Valoribus determinatis loco indeterminatorum in Æquatione aſſumpta, habebimus $y = d - \frac{1}{2}x - \frac{3}{8d}x^2 - \frac{9}{16d^2}x^3$, &c.

Sed antequam ulterius procedimus Legem generalem pro aſſumptionibus in hiſce omnibus a nemine uti ſcio antehac prolatam (ſed ab omnibus ſuppoſitam) exhibebo, pro Fluxionibus ſecundis, tertiis, &c. ad Infinitum. 1. *Obſervetur ea jamjam tradita pro initio Fluxionis* a *dato* vel *Indeterminato, &c. & ſi jamjam non ſint, fiant omnia Fluxionis membra, ejuſdem ordinis ſubſtituendo unitates*; & 2. Tum *fiat numerus punctationum*, h. e. *Numerus ordinis Fluxionis, Intervallum inter Indices indeterminatæ in aſſumptione, & Æquatio ſic aſſumpta ſemper dabit Fluxionem cum data comparabilem*; hoc modo ſit $a^2\ddot{x} + \dot{x}y^2 = o$. Poſita $\dot{y} = 1$, proveniet $a^2\ddot{x} + x = o$. Aſſumatur ergo $x = by + cy^3 + dy^5 + ey^7$, &c. Si eſſet $\dddot{a}x = x = o$. Aſſumenda eſſet $x = by + cy^4 + dy^7 + cy^{10}$, &c. unde eſſet

$$o = \left\{ \begin{array}{l} x = by + cy^4 + dy^7 + cy^{10} \text{ \&c.} \\ \dddot{a}x = 24cay + 210day^4 + 720acy^7 \text{ \&c.} \end{array} \right\} = o$$

&

& aſſumpta $b = 1$. Invenietur $x = y + \frac{y^4}{24a} + \frac{y^7}{210a}$, &c. ſic pro $a\ddddot{x} + x = 0$, ſeu $a\dddot{x} + \dot{y}^5 x$ poſita $\dot{y} = 1$, aſſumenda eſſet $x = by + cy^6 + dy^{11}$, &c. &c. Sit in aliud Exemplum Problema illud *Leibnitianum* ubi proponit inveniendum Sinum Rectum ex dato Arcu & Radio. Æquatio ex ſua Methodo eſt $a^2\dot{y}^2 = a^2\dot{x}^2 + x^2\dot{y}^2$. Fiat $x = by + cy^3 + ey^5 + fy^7$. &c. & erit $\frac{\dot{x}}{\dot{y}} = b + 3cy^2 + 5ey^4 + 7fy^6$, &c. & Valores debitos ſubſtituendo, &c. determinabuntur Valores Coefficientium $b$, $c$, $e$, $f$, &c. Sed idem multo brevius conſequitur, deſcendendo ad Fluxiones ſecundas. Nam poſita $\dot{y} = 1$, habebitur ex Æquatione ſupra poſita $2a^2\dot{x}\ddot{x} + 2x\dot{x}\dot{y}^2 = 0$ ſeu $a^2\ddot{x} + x\dot{y}^2 = 0$. Erit $\frac{\ddot{x}}{\dot{y}^2} = 2 \times 3cy + 4 \times 5ey^3 + 6 \times 7fy^5$, &c. ut patet capiendo Fluxiones ſecundas Valoris $\frac{\dot{x}}{\dot{y}}$ paulo ante habiti; & Æquatio erit

$$0 = \left\{ \begin{array}{l} x = by + cy^3 + dy^5 + ey^7, \text{\&c} \\ \frac{a^2\ddot{x}}{\dot{y}^2} = 2 \times 3a^2cy + 4 \times 5dy^3 + 6 \times 7ey^5, \text{\&c.} \end{array} \right\} = 0$$

& determinatis Coefficientibus habebitur $x = \frac{y}{1} - \frac{y^3}{1 \times 2 \times 3a^2} + \frac{y^5}{1 \times 2 \times 3 \times 4 \times 5a^4} - \frac{y^7}{1 \times 2 \times 3 \times 4 \times 5 \times 6 \times 7a^6}$ &c. h. e. poſito $a =$ Radio, $x =$ Sinui Recto, & $y =$ Arcui, qui in praxi debet eſſe (inquit) notabilitur minor Radio. Proponatur jam Problema illud ad elevandam Seriem quamcunque, ſeu Radicem Multinomiam ad poteſtatem quamlibet Indeterminatam, ſeu quod eodem redit, ad quamvis ejuſdem extrahendam Radicem. Sit *e. g.* Quantitatas Multinomia ſeu Innitinomia $a + bx + cx^2 + dx^3$, &c, $=$ R; & $\overline{a + bx + cx^2 + dx^3, \text{\&c.}}|^n$, $= R^n = y$, erit $b + 2cx + 3dx^2 + 4ex^3$, &c. $= \dot{R}$ & $nlR = ly$, & $\frac{n\dot{R}}{R} = \frac{\dot{y}}{y}$

&

& $ny\dot{R} - R\ddot{y} = 0$, fac

$$y = A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4, \text{ \&c. erit}$$

$$\dot{y} = B + 2Cx + 3Dx^2 + 4Ex^3, \text{ \&c. eritque}$$

$$= 0\left\{\begin{array}{l} ny\dot{R} = nbA + \left.\begin{array}{r} nbB \\ 2ncA \end{array}\right\}x \left.\begin{array}{r} +\ nbC \\ +\ 2ncB \\ +\ 3ndA \end{array}\right\}x^2 \left.\begin{array}{r} +\ nbD \\ +\ 2ncC \\ +\ 3ndD \\ +\ 4ncA \end{array}\right\}x^3 \text{ \&c.} \\ -R\ddot{y} = -aB \left.\begin{array}{r} -\ bB \\ -\ 2aC \end{array}\right\}x \left.\begin{array}{r} -\ cB \\ -\ 2bC \\ -\ 3aD \end{array}\right\}x^2 \left.\begin{array}{r} -\ dB \\ -\ 2cC \\ -\ 3bD \\ -\ 4aE \end{array}\right\}x^3 \text{ \&c.} \end{array}\right\} = 0$$

Jam pro determinandis Coefficientibus, ſit $A = a^n$. Erit $nbA = aB$. $\frac{nbA}{a} = B = nba^{n-1}$: Et $nbB + 2ncA - bB - 2aC = 0$, &c. Et $C = \frac{n - 1 \times bB + 2ncA}{2a}$, &c. &c. quæ explicatæ coincidunt cum Terminis *Moivræanis* initio hujus Libri expreſſis, ut experienti cuivis facile patebit.

Eadem etiam Methodo peraguntur Tranſlationes Serierum ab una Indefinita Quantitate in aliam, ut & Reverſiones Serierum (abſque Conſideratione Fluxionnm) ſit *v. g.* Exemplum illud *Neutoni*, pag. 33. Analyſ. per Quantitat. Inf. &c. in Epiſtol. ſecunda olim ad *Oldenburg*. Conſcripta $z = ay + by^2 + cy^3 + dy^4 + ey^5$, &c. invenire $y$ in Terminis $z$. Aſſumatur $y = Az + Bz^2 + Cz^3 + Dz^4$, &c. & erit

$$0 = \left\{\begin{array}{lllll} ay = & aAz + aBz^2 & + & aCz^3 & \text{\&c.} \\ by^2 = & & & bA^2z^2 + 2bABz^3 & + \text{\&c.} \\ cy^3 = & & & cA^3z^3 & + \text{\&c.} \end{array}\right\} = 0$$

& poſita $a = 1$, erit $aA = 1$, & $A = \frac{1}{a}$. Rurſus fac $aB + bA^2 = 0$, ſeu $aB = - bA^2$ & erit $B = \frac{bA^2}{a} = -\frac{b}{a^3}$. Et poſita $aC + 2bAB + cA^3 = 0$, erit $aC = - 2bAB - cA^3$ & $C = \frac{2bb - ac}{a^5}$, & ſic porro. Et erit $y = \frac{z}{a} + \frac{b}{a^3}z^2 + \frac{2b^2 - ac}{a^5}z^3$, & ſic porro. Rurſus ſit $z = ay$

+

$+ by^3 + cy^5 + dy^7$, &c. aſſumatur $y = Az + Bz^3 + Cz^5$, & invenietur $y = \frac{z}{a} - \frac{b}{a^4}z^3 + \frac{3b^2 - ac}{a^7}z^5 + \frac{8abc - a^2d - 12b^3}{a^{10}}z^7$, &c. ſic ſi proponeretur Æquatio illa ad Arcum Circuli $z = y + \frac{y^3}{6rr} + \frac{3y^5}{40r^4} + \frac{5y^7}{112r^6} +$ &c. Aſſumenda eſſet $y = Az + Bz^3 + Cz^5 + Dz^7$, &c. & proveniret tandem $y = z - \frac{z^3}{6r^2} + \frac{z^6}{120r^4} - \frac{z^7}{5040r^6}$ &c. & hac Methodo, uti ait *Neutonus*, pag. 33. & poſt eum *Leibnitius*, pag 180. Act. Erud. conſtat Radices affectarum Æquationum poſſe extrahi.

*Vid.* Neut. *Pag.* 34. *Epiſt. prima.*

Sit jam $az + bz^2 + cz^3$, &c. $= gy + hy^2 + iy^3$, &c. invenire $z$ in Terminis $y$. Sit, ſeu aſſumatur $z = Ay + By^2 + Cy^3 + Dy^4 + Ey^5$, &c.

$$\begin{array}{lllllllllll}
az = aAy & +aB & \Big\}y^2 & +aC & & +aD & & +aE & & +aF & \\
bz^2 = \ldots & bA^2 & & +2bAB & & +2bAC & & +2bAD & & +2bEA & \\
 & & & & \Big\}y^3 & bB^2 & & +2bBC & & +2bBD & \\
 & & & & & & & & & bCC & \\
cz^3 = \ldots\ldots & & & cA^3 & & +3A^2B & \Big\}y^4 & +3AB^2c & \Big\}y^5 & +3A^2Dc & \Big\}y^6\ \text{\&c.} \\
 & & & & & & & 3A^2Cc & & +6ABCc & \\
 & & & & & & & & & B^3c & \\
dz^4 = \ldots\ldots\ldots & & & & & dA^4 & & +2dA^3 & & +2A^3Cd & \\
 & & & & & & & & & A^2B^2d & \\
ez^5 = \ldots\ldots\ldots\ldots & & & & & & & eA^5 & & +5eA^4B & \\
fz^6 = \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots & & & & & & & & & fA^6 &
\end{array}$$

Jam comparentur Termini Homologi, & habebis, 1°. $aA = g$, ſeu $A = \frac{g}{a}$. 2°. $aB + bA^2 = h$, & $aB = h - bA^2$.

Unde $B = \frac{h - bA^2}{a}$. 3°. $aC + 2bAB + cA^3 = i$ unde $C = \frac{i - 2bAB - cA^3}{a}$. 4°. $aD + 2bAC + bB^2 + 3cA^2B + dA^4 = k$.

Unde $D = \frac{k - 2bAC - bB^2 - 3cA^2B - dA^4}{a}$. Pariter invenietur $E = \frac{l - 2bAD - 2bBC - 3cAB^2 - 3cA^2C - 2dA^3 - eA^5}{a}$, &c. &c. ſubſtituantur hæ Coefficientes determinatæ Loco indeterminatarum in Æquatione aſſumpta & habebitur quæſitum.

Sit Fluxio data Logarithmica $\begin{cases} \dot{y}xlx + \dot{x}xy - \dot{x}lx = 0 \text{ ſeu Poſ. } \dot{x} = 1. \\ \dot{y}xlx + xy - lx = 0 \end{cases}$

Aſſumatur $y = alx + bxlx + cx^2lx + dx^3lx$. &c.

Erit $\dot{y} = ax^{-1} + blx + b + 2cxlx + cx + 3dx^2lx + dx^2$

$\dot{y}xlx = alx + bxl^2x + bxlx + 2cx^2l^2x + cx^2lx + 3dx^3lx$, &c.
hoc eſt $= alx + bxlx + cx^2lx +$ &c. &c.

Et reſtabunt Fluxiones primæ alterius Ordinis, *viz*,

$bxl^2x\dot{x} + 2cx^2l^2x\dot{x}$, &c. pro quibus aſſumenda erit,

$\alpha x^2l^2x + \beta x^3l^2x$, &c. &c. ſic ex aſſumptione prima emerget 2da, &c.

Hæcce Methodus ad altiores Æquationes & plures incognitas Involventes Quantitates facillime provehitur, ſed hæc ſufficiant.

Altera *Neutoni* Methodus conſiſtit *in Extractione Fluentis Quantitatis ex Æquatione ſimul involvente Fluxionem ejus*, neque brevius & clarius, quam ex ipſius verbis, exprimi poſſit, ſcil. hoc proponit.

## PROBLEMA.

*Ex Æquatione Fluxionem Radicis involvente Radicem extrahere.*

### *RESOLUTIO.*

“ TErmini omnes, ex eodem Æquationis latere conſiſtentes, æquen-
“ tur nihilo, & ipſarum $y$ & $\dot{y}$ dignitates (ſi opus ſit) exalten-
“ tur vel deprimantur, ſic ut Indices nec alicubi Negativi ſint, nec ta-
“ men altiores quam ad hunc effectum requiritur; & ſit $kz^{\lambda}$ Terminus
Infi-

“ Infimus eorum qui neque per $y$ neque per ejus Fluxionem $\dot y$, neque per earum dignitatem quamvis multiplicantur. Sit $lz^{\mu} y^{\alpha} \dot y^{\beta}$ Terminus alius quilibet, & omnes ordine Terminos percurrendo collige ex ſingulis ſeorſim Numerum $\frac{\lambda - \mu + \beta}{\alpha + \beta}$, ſic ut tot habeas ejuſmodi Numeros quot ſunt Termini. Horum Numerorum maximus vocetur $v$, & $z^{v}$ erit dignitas primi Termini Seriei. Pro ejus Coefficiente ponatur $a$, & in Æquatione quæ Reſolvenda dicitur ſcribe $az^{v}$ pro $y$, & $vaz^{v-1}$ pro $\dot y$; ac Termini omnes reſultantes in quibus $z$ ejuſdem eſt dignitatis ac in Termino $kz^{\lambda}$, ſub propriis Terminis collecti, ponantur æquales nihilo. Nam hæc Æquatio debite reducta dabit Coefficientem $a$. Sic habes $az^{v}$ Terminum primum Seriei.

## *Operatio Secunda.*

“ Pro reliquis omnibus hujus Seriei Terminis nondum inventis pone $p$, & habebis Æquationem $y = az^{v} + p$, & inde etiam per Methodum directam Æquationem $\dot y = vaz^{v-1} + \dot p$. In Reſolvenda pro $y$ & $\dot y$ ſcribe hos eorum Valores & habebis Reſolvendam novam ubi $p$ præſtat Officium ipſius $y$: Et ex hac Reſolvenda primum extrahes Terminum Seriei $p$ eodem modo atque Terminum primum Seriei totius $y = az^{v} + p$ ex Reſolvenda prima extraxiſti.

## *Operatio Tertia, & ſequentes.*

“ Dein tertiam Reſolvendam eadem ratione invenias atque ſecundam inveniſti, & ex ea Terminum tertium Seriei totius extrahes.

“ Et ſimiliter Reſolvendam quartam invenies, & ex ea quartum Seriei Terminnm, & ſic in Infinitum. Seriei autem ſic inventa erit Radix Æquationis quam extrahere oportuit.

## EXEMPLVM.

“ Ex Æquatione [quam altera Methodo jamjam reſolvimus] $y^{2}\dot z^{2} - z^{2}z\ddot y - dd\dot z\dot z + dz\dot z^{2} = 0$ extrahenda ſit Radix $y$. Pone,

$\dot z = 1$

“ $\dot{z}=1$, & Æquatio evadet $y^2-z^2\dot{y}-dd+dz=0$, quæ eſt reſolvenda. Jam vero Terminus infimus in quo nec $y$ neque $\dot{y}$ reperitur eſt $dd$ qui ipſi $kz^{\lambda}$ Æquatus dat $\lambda=0$; Terminis reliquis $y^2, -z^2\dot{y}$ pone $lz^{\mu}y^{\alpha}\dot{y}^{\beta}$ æqualem ſucceſſive, & inde in primo Caſu habebis $\mu=0$, $\alpha=2$, $\beta=0$, & in ſecundo $\mu=2$, $\alpha=0$, & $\beta=1$. Et hinc $\frac{\lambda-\mu+\beta}{\alpha+\beta}$ fit in primo Caſu 0, in ſecundo $-1$; unde $\nu$ eſt 0 & $az^{\nu}$ & $\nu az^{\nu-1}$ ſunt $a$ & 0; quarum ultimæ duæ $a$ & 0 in Reſovenda pro $y$ & $\dot{y}$ ſcriptæ, producunt $aa-0z^2-dd+dz$; & Termini $aa$ & $-dd$ in quibus Index dignitatis $z$ eſt $\lambda$ ſeu 0, poſiti æquales nihilo dant $a=d$. Unde primus Seriei Terminus $az^{\nu}$ evadit $d$.

### *Operatio Secunda.*

“ Pro Terminis reliquis pone $p$, & habebis Æquationem $y=d+p$, & inde per Methodam directam $\dot{y}=\dot{p}$, qui Valores in Reſolvenda pro $y$ & $\dot{y}$ ſubſtituti dant Reſolvendam novam $2dp+pp-zz\dot{p}+dz=0$ ubi $p$ & $\dot{p}$ vices ſubeunt ipſarum $y$ & $\dot{y}$. Terminus Unicus in quo nec $p$ neque $\dot{p}$ reperitur eſt $dz$, qui cum Termino $kz^{\lambda}$ collatus dat $\lambda=1$. Terminis reliquis $2dp$, $pp$, $-zz\dot{p}$ pone $lz^{\mu}p^{\alpha}\dot{p}^{\beta}$ æqualem ſucceſſive; & inde in primo Caſu habebis $\mu=0$, $\alpha=1$, & $\beta=0$; & in tertio $\mu=2$, $\alpha=0$, & $\beta=1$. Et hinc $\frac{\lambda-\mu+\beta}{\alpha+\beta}$ evadet in primo Caſu 1, in ſecundo $\frac{1}{2}$, in tertio 0. Unde $\nu$ eſt 1, & $az^{\nu}$, & $\nu az^{\nu-1}$ ſunt $az$ & $a$. Termini duo ultimi $az$ & $a$ in Reſolvenda pro $p$ & $\dot{p}$ reſpective ſcripti producunt $2daz+a^2z^2-az^2+dz$. Et Termini $2daz$ & $dz$ in quibus Index dignitatis $z$ eſt $\lambda$ ſeu 1, poſiti Æquales nihilo, dant $a=-\frac{1}{2}$. Unde $az^{\nu}$ Terminus primus Seriei fit $-\frac{1}{2}z$.

*Operatio*

## *Operatio Tertia.*

“ Pro Terminis reliquis nondum inventis pone $q$, & habebis Æquationem
“ $p = -\frac{1}{2} + q$, & inde per Methodum directam $\dot{p} = -\frac{1}{2} + \dot{q}$:
“ qui Valores pro $p$ & $\dot{p}$ in reſolvenda noviſſima ſubſtituti producunt
“ Reſolvendam novam $2d\dot{q} - zq + qq - \frac{3}{4}zz - zz\dot{q} = 0$. Ubi $q$ & $\dot{q}$
“ vices ſupplent ipſorum $y$ & $\dot{y}$. Terminus Unicus in quo neque $q$ neque
“ $\dot{q}$ reperitur eſt $\frac{3}{4}zz$, qui cum $kz^{\lambda}$ collatus dat $\lambda = 2$; Terminis reliquis
“ $2dq$, $-zq$, $+qq$, $-zz\dot{q}$ pone $lz^{\mu} q^{\alpha} \dot{q}^{\beta}$ æqualem ſucceſſive; & inde
“ in primo Caſu habebis $\mu = 0$, $\alpha = 1$, $\beta = 0$; in ſecundo $\mu = 1$,
“ $\alpha = 1$, $\beta = 0$; in tertio $p = 0$, $\alpha = 2$, $\beta = 0$; in quarto $\mu = 2$,
“ $\alpha = 0$, $\beta = 1$; & inde $\frac{\lambda - \mu + \beta}{\alpha + \beta}$ evadit in primo Caſu 2, in ſecundo,
“ tertio, & quarto 1; & hinc $v$ eſt 2, vel $az^{v}$ & $vaz^{v-1}$ ſunt
“ $az^{2}$ & $2az$ qui Valores in Reſolvenda pro $q$ & $\dot{q}$ ſubſtituti dant
“ $2daz^{2} - az^{3} + aaz^{4} + \frac{3}{4}zz - 2az^{3}$; & termini $2dazz + \frac{3}{4}zz$ in
“ quibus Index dignitatis $z$ eſt $\lambda$ ſeu 2, poſiti æquales nihilo, dant
“ $a = -\frac{3}{8d}$. Unde $az^{v}$ Terminus primus Seriei $q$ evadit $-\frac{3zz}{8d}$.

## *Operatio Quarta.*

“ Pro reliquis Terminis nondum inventis pone $r$, & habebis
“ Æquationes $q = -\frac{3zz}{8d} + r$ & $\dot{q} = -\frac{3z}{4d} + \dot{r}$; & inde reſolvendam
“ novam $2d\dot{r} + \frac{9z^{3}}{8d} - zr + \frac{9z^{4}}{64dd} - \frac{zzr}{4d} + rr - zz\dot{r} = 0$, &
“ ex ea per Methodum ſuperiorem habebis $-\frac{9z^{3}}{16dd}$ Terminum primum
“ Seriei $r$, & ſic pergitur ad Infinitum. Eſt igitur Radix extrahenda

T

“ $y =$

“ $y = d + p = d - \frac{1}{2}z + q = d - \frac{1}{2}z - \frac{3zz}{8d} + r = d - \frac{1}{2}z - \frac{3zz}{8d}$
“ $- \frac{9z^3}{16dd} -$ &c. & Operationem continuando licet radicem producere
“ ad Terminos plures.

Hujuſce Methodi Fundamentum patefacit D. *Cheynæus*, pag. 42, 43, 44. ſuæ Methodi Inverſæ, & qui ad Fluxiones ſecundas, tertias, ſuperioreſque porrigatur, *pag*. 44, 45, & 46. oſtendit, ubi terminum infimum ſemper ponit (uti *Neutonus* in præcedentibus) $kz^{\lambda}$, & pro reliquis in unoquoque ſucceſſive Fluxionum gradu hancce Seriem ſcil.

$$Lz^{\mu}y^{\alpha}\dot{y}^{\beta}\ddot{y}^{\gamma}$$

$$Lz^{\mu}y^{\alpha}\dot{y}^{\beta}\ddot{y}^{\gamma}\dddot{y}^{\delta}$$

$Lz^{\mu}y^{\alpha}\dot{y}^{\beta}\ddot{y}^{\gamma}\dddot{y}^{\delta}\ddddot{y}^{\epsilon}$ quibus reſpondent pro maximis Numeris hæcce pariter Series

$$\frac{\lambda - \mu + \beta + 2\gamma}{\alpha + \beta + \gamma} = v = \text{Maximo Numero.}$$

$$\frac{\lambda - \mu + \beta + 2\gamma + 3\delta}{\alpha + \beta + \gamma + \delta} = v$$

$\frac{\lambda - \mu + \beta + 2\gamma + 3\delta + 4\epsilon}{\alpha + \beta + \gamma + \delta + \epsilon} = v$, &c. ad Infinit. in quibus $v$ indicabit poteſtatem ipſius $z$, ad quam elevata æquabitur ipſi $y$ proxime

Ponendum, uti inquit, pro $\ddddot{y}$ . . $v - 3 \times v - 2 \times v - 1 \times vz^{v-4}$
$\dddot{y}$ . . . . . $v - 2 \times v - 1 \times vz^{v-3}$
$\ddot{y}$ . . . . . . . . . . $v - 1 \times vz^{v-2}$
$\dot{y}$ . . . . . . . . . . . . . $vz^{v-1}$
$y$ . . . . . . . . . . . . . $z^{v}$

& ſubſequenti pagina eandem accommodat ad æquationem tres indeterminatas $y$, $z$, $v$, cum ipſarum Fluxionibus involventem, &c. hujuſce

“ Methodi *Neutonianæ* ſit in aliud Exemplum, *Cheynæanum* illud, *p.* 106.
“ Sit Æquatio ad Aream Hyperbolæ $A = y - \frac{y^2}{2} + \frac{y^3}{3} + \frac{y^4}{4}$, &c. ſeu
“ $-A + y - \frac{y^2}{2} + \frac{y^3}{3} - \frac{y^4}{4}$, &c. $= 0$, jam infimus Terminus in quo
“ nec $y$, neque ipſius poteſtas quævis reperitur eſt A, qui æquatus ipſi
“ $kA^\lambda$ dat $\lambda = 1$, Terminis reliquis $y, -\frac{y^2}{2}, +\frac{y^3}{3}, -\frac{y^4}{4}$, &c. ponendo
“ $LA^\mu y^\alpha$ æqualem ſucceſſive, habebis in primo caſu $\mu = 0$, $\alpha = 1$, in
“ ſecundo $\mu = 0$, $\alpha = 1$, in tertio $\mu = 3$, $\alpha = 3$, & ſic deinceps. Hinc
“ $\frac{\lambda - \mu}{\alpha}$ in primo Caſu $= 1$, in ſecundo $= \frac{1}{2}$, in tertio $= \frac{1}{3}$, &c.
“ quare $\nu = 1$, $\alpha A^\nu = \alpha A$ qui ſubſtitutus in Reſolvenda Loco $y$, dat
“ $-A + \alpha A + \frac{\alpha^2 A^2}{2}$, &c. $= 0$. Adeoque Termini in quibus A eſt
“ ejuſdem dignitatis, poſiti æquales nihilo, dant $\alpha = 1$. Unde primus
“ Seriei Terminus eſt A. Pro reliquis pone $p$, erit $z = A + p$, qui
“ Valor ſubſtitutus in Reſolvenda loco $y$, dat $-A + A + p -$
“ $\frac{A^2 + 2Ap + p^2}{2} + \frac{A^3 + 3A^2p + 3Ap^2 + p^3}{3}$, &c. $= 0$. Terminus
“ jam infimus in quo nec $p$, nec ipſius Poteſtas quævis reperitur, eſt
“ $-\frac{A^2}{2}$ qui æquatus ipſi $kA^\lambda$ dat $\lambda = 2$, Terminis reliquis $p, -Ap$,
“ $-\frac{p}{2}, + \frac{A^3}{3}$, &c. Ponendo $LA^\mu p^\alpha$ æqualem ſucceſſive habebis in
“ primo Caſu $\mu = 0$, $\alpha = 1$; in ſecundo $\mu = 1$, $\alpha = 1$; in tertio
“ $\mu = 0$, $\alpha = 2$; in quarto $\mu = 3$, $\alpha = 0$, &c. Unde $\frac{\lambda - \mu}{\alpha}$ in primo
“ Caſu eſt 2; in ſecundo $\frac{1}{2}$; in tertio 1, & ſic in cæteris. Quare
“ $\nu = 2$, $\alpha A^\nu = \alpha A^2$, loco $p$ ſubſtituatur $\alpha A^2$, & Termini in quibus A
“ eſt ejuſdem dignitatis poſiti æquales nihilo dant $\alpha A^2 - \frac{A^2}{2} = 0$,

“ adeoque $\alpha = \frac{1}{2}$. Pro Terminis reliquis nondum inventis pone $q$, &
“ habebis Æquationem $p = \frac{1}{9}A^2 + q$, qui ſubſtitutus in Reſolvenda
“ producit Reſolvendam novam, quæ tractata ut ſuperiores, exhi-
“ bebit tertium Seriei Terminum $\frac{A^3}{6}$, & ad hunc modum proſequendo
“ præcepta Methodi ſupra traditæ habebis tandem $y = A + \frac{A^2}{2} + \frac{A^3}{3}$
“ $\frac{A^4}{4}$, &c.

Duabus hiſce Methodis *Neutonianis* hoc modo expoſitis, reſtat adhuc tertia *Johannis Bernoullii* quam hic quoque recenſere libet. Eandem invenire licet in *Act. Eruditor. Lipſiæ*, Ann. 1694, & ejuſdem meminit D. *Cheynæus* Meth. Inverſ. *pag.* 50. hiſce verbis *Fluxionis datæ Fluens, inquit, per Seriem infinitam generalem quidem, terminis tamen plerumque maxime implicitis, obtinetur.* Seriem ipſam generalem ibidem adducit & inveſtigat, ſed quoniam magis particularem ejuſdem inveſtigationem in *Rudim.* affert, poſteriorem hic ſolam coram ſiſtemus, ſcil. *Sit* $\dot{z}y$ *expreſſio generalis pro Fluxionibus primis quibuſcunque (ubi* $y$ *eſt Quantitas quomodocunque ex indeterminatis & conſtantibus compoſita) ſit jam iſtius Fluens* $Az^m y^n$ *erit* $mAz^{m-1}\dot{z}y^n + nAz^m y^{n-1}\dot{y}$ *ipſius Fluxio: Jam poſterior terminus Fluxionis aſſumptæ Æquationis, cum Fluxionis propoſita comparari nequit, quia in eo nullus exiſtit* $\dot{z}$ *(& ut comparatio procedat, requiritur ſemper ut omnes indeterminatæ cum earum Fluxionibus reperiantur in Fluxione aſſumptæ Æquationis, quæ reperiuntur in propoſita; ſin plures adſint nihil periculi inde Metuendum, quia poſitis iis omnibus æqualibus Unitati evaneſcunt.) Adeoque eſt prior Terminus Fluxionis aſſumptæ Æquationis comparandus cum Fluxione propoſita*, ſcil. $mAz^{m-1}\dot{z}y^n = \dot{z}y$, unde $m - 1 = 0$, $mA = 1$, $n = 1$. *Et Fluentis Terminus primus eſt* $zy$, *cujus Fluxio* $\dot{z}y + z\dot{y}$, *ſed cum jam reſtiterit* $\dot{y}z$ *cui nullus eſt repertus Fluentis Terminus comparabilis, eum pono* $Bz^m\dot{y}^n$ *(non* $y^n$ *quia ſic coincideret inveniendus cum Termino ante reperto) igitur* $mB\dot{z}z^{m-1}\dot{y}^n + nBz^m\dot{y}^{n-1}\ddot{y}$ *eſt ipſius Fluxio, quia autem ſolus primus Terminus comparari poterit cum Fluxionis reliquo Termino, ex aſſumpto primo Fluentis Termino nato, (alias* $\ddot{y}$ *evadet = Uinitati & ſic Comparationes ulterius non procedent, ob defectum Terminorum homologorum, uti experienti*

*enti patebit) erit* $m - 1 = 1$, & $m = 2$, $n = 1$; $\dot{z} = 1 =$ *Conſtanti (ideoque ejus Fluxiones ulteriores nullæ) & hiſce ſubſtitutis loco illorum, fit* $2Bz\dot{y} + z\dot{y} = 0$, & $B = -\frac{1}{2}$. *Et ſic ſecundus Fluentis Terminus evadit* $-\frac{z^2\dot{y}}{2}$, *ſed quia reſtat hic etiam Terminus* $\frac{z^2\ddot{y}}{2}$ *cui nullus eſt repertus Fluentis terminus comparandus, pono eum* $Cz^m\ddot{y}^n$ & ſic $mCz^{m-1}\dot{z}\ddot{y}^n + nCz^m\ddot{y}^{n-1}\dddot{y}$, *erit ejus Fluxio. Et quia comparando ſecundum terminum hujus cum Fluentis reliquo, evadit* $\ddot{y} = 1$, *& ſic comparationes impoſterum ſiſterentur, ideo primum cum reliquo comparo, & invenio* $m - 1 = 2$; *adeoque* $m = 3$, $\dot{z} = 1$, $n = 1$, *& hiſce ſubſtitutis loco illorum fit* $3Cz^2\ddot{y} - \frac{1}{2}z^2\ddot{y} = 0$; *& Coefficientem determinando, fit* $C = \frac{1}{1 \times 2 \times 3}$, *& ſic deinceps. Adeoque Fluens ipſius* $\dot{z}y$ *eſt*

$$zy - \frac{z^2\dot{y}}{1 \times 2} + \frac{z^3\ddot{y}}{1 \times 2 \times 3} - \frac{z^4\dddot{y}}{1 \times 2 \times 3 \times 4},$$

*&c. & quia ubique* $\dot{z} = 1$ *(ut Termini evadant homologi)*

$$zy - \frac{z^2\dot{y}}{1 \times 2\dot{z}} + \frac{z^3\ddot{y}}{1 \times 2 \times 3\dot{z}^2} - \frac{z^4\dddot{y}}{1 \times 2 \times 3 \times 4\dot{z}^3}, \text{ \&c.}$$

*& hinc tandem tuto aſſumere licet (ex perſpecto Fluxionis genio)* $azy + \frac{bz^2\dot{y}}{\dot{z}} + \frac{cz^2\ddot{y}}{\dot{z}^2}$, *&c. quouſque libuerit. Et* Hæc Series *(pergit* Bernoulli) *vicem Canonis præſtabit pro Fluxionibus quibuſcunque in Seriem conjiciendis, in caſibus enim particularibus evaneſcunt* $\dot{y}$, $\ddot{y}$, $\dddot{y}$, $\ddddot{y}$, & $\dot{z}$, $\dot{z}^2$, $\dot{z}^3$, *&c. quia in Caſu dato, dantur harum relationes in terminis* Algebraicis, *& conſequenter Series in Caſibus particularibus conſtabit Terminis pure Algebraicis.*

*Exemplum* V. C. *hoc eſt. Sit* $\dot{y} = \frac{a\dot{x}}{r}$ *(ubi* $r = x + a$) *factis in Canone* $z = x$, $\dot{z} = \dot{x}$, $y = \frac{a}{r}$, $\dot{y} = ($*ob* $\dot{r} = \dot{x}) - \frac{a\dot{x}}{rr}$, $\ddot{y} = \frac{1 \times 2a\dot{x}^2}{r^3}$,

$\dddot{y} = \frac{1\times 2\times a\dot{x}^3}{r^4}$, *&c. fietque* $y = \frac{ax}{r} + \frac{ax^2}{2r^2} + \frac{ax^3}{3r^3} + \frac{ax^4}{4r^4}$, &c.

Sit $z\dot{y}v$ Expreſſio generalis pro Tranſcendentibus vel Exponentialibus primi gradus (ubi $y$ eſt Quantitas Algebraica ex Indeterminatis & conſtantibus quomodocunque compoſita, $v$ vero Quantitas Geometrice irrationalis quæcunque) eodem modo aſſumatur $Az^my^nv^p$ pro primo Termino, ex ejus Fluxione provenient

$mA\dot{z}z^{m-1}y^nv^p \left|\underline{+ nAz^m\dot{y}y^{n-1}v^p + pAz^my^n\dot{v}v^{p-1}}\right.$ pro primis Terminis reſtantibus. Fac $z\dot{y}v = mA\dot{z}z^{m-1}y^nv^p$, & habebis $m-1=0$, ſeu $m=1$, $n=1$, $p=1$, $mA=1$, $A=\frac{1}{m}=1$, & $Az^my^nv^p = zyv$, jam autem proximo loco reſtat $nAz^m\dot{y}^{n-1}yv^p = nAz^m\dot{y}v^p$ (ob $n-1=0$.) $= z\dot{y}v$.

Aſſumatur $Bz^m\dot{y}^nv^p$ & habebis

$mB\dot{z}z^{m-1}\dot{y}^nv^p \left|\underline{+ nBz^m\dot{y}^{n-1}\ddot{y}v^p \left|\underline{+ pBz^m\dot{y}^n\dot{v}v^{p-1}}\right.}\right.$, & $mB\dot{z}z^{m-1}\dot{y}^nv^p = z\dot{y}v$. Unde $m-1=1$, $m=2$, $mB=1$, $B=\frac{1}{2}$, $n=1$, $p=1$, & $\dot{z}=1$. Unde $Bz^m\dot{y}^nv^p = \frac{z^2\dot{y}v}{1\times 2}$ jam proxime reſtat $nBz^m\dot{y}^{n-1}\ddot{y}v^p = nBz^m\ddot{y}v^p = \frac{z^2\ddot{y}v.}{1\times 2}$ Pro qua aſſumatur $Cz^m\ddot{y}^nv^p$, & habebis $mCz^{m-1}\ddot{y}^nv^p$ $\left|\underline{+ nCz^m\ddot{y}^{n-1}\dddot{y}v^p \left|\underline{+ pCz^my^n\dot{v}v^{p-1}}\right.}\right.$ & $mCz^{m-1}\ddot{y}^nv^p = \frac{z^2\ddot{y}v}{2}$, & $m-1=2$, $m=3$, $mC=\frac{1}{2}$, $C=\frac{1}{2\times 3}$, $n=1=p$, Unde $Cz^m\ddot{y}^nv^p = \frac{z^2\ddot{y}v}{1\times 2\times 3}$. Jam autem reſtat rurſus, $nCz^m\ddot{y}^{n-1}\dddot{y}v^p = nCz^m\dddot{y}v^p = \frac{z^3\dddot{y}v}{1\times 2\times 3}$. Aſſumatur $Dz^m\dddot{y}^nv^p$, & habebis

$mDz^{m-1}\dddot{y}^nv^p \pm \left|\underline{nDz^m\dddot{y}^{n-1}\ddddot{y}v^p \left|\underline{+pDz^my^n\dot{v}v^{p-1}}\right.}\right.$, & erit $mDz^{m-1}\dddot{y}^nv^p =$ $z^3\dddot{y}v$

$\frac{z^3\overset{\therefore}{y}v}{6}$. Unde $m-1=3$, & $m=4$, $n=1=p$, $mD=\frac{1}{6}$ & $D=\frac{1}{4\times 6}$, &c. Eodem modo prodibit $Ez^m\overset{::}{y}^nv^p=\frac{z^5\overset{::}{y}v}{1\times 2\times 3\times 4\times 5}$ & $Fz^m\overset{\therefore}{\ddot{y}}^nv^p=\frac{z^6\overset{\therefore}{\ddot{y}}v}{1\times 2\times 3\times 4\times 5\times 6}$, &c. ad Inf. & reſtabit Series Fluxionum hæcce, *viz.* $pAz^my^n\dot{v}v^{p-1}+pBz^my^n\dot{v}v^{p-1}+pCz^my^n\dot{v}v^{p-1}+pDz^my^n\dot{v}v^{p-1}$, &c. ad Inf. pro quibus aſſumendi ſerunt $Ez^my^nv^p+Fz^my^nv^p+Gz^my^nv^p$, &c. ad Inf. Adeo ut hæc quoque Fluens erit Infinities Infinita ; & de hujuſmodi Seriebus, ſive Logarithmicis, ſive Irration. *Craig.* ſive Fluxionalibus *Bernoull.* Irration. juſte ſatis dici poſſit, quod in alio in Caſu profert *Juvenalis*

*Volveris a primis quæ proxima* ———

CAP.

# CAP. X.

## *De Methodo inveniendi Fluentes per Figuras Geometricas,* &c.

UTI Fluentes Fluxionum primarum debite tractatæ exhibent inter cætera Curvarum Areas, ſic etiam viciſſim Areæ Curvarum poſſint exhibere Fluxionum primarum Fluentes; & hinc exurgit Methodus inveniendi Fluentes per Figuras, vel Geometricas vel Mechanicas adeo ut invenire Fluentes Fluxionum primarum æquipollet Qurdraturæ Curvarum & reciproce, ſeu invenire Quadraturas æquipollet Fluentibus Fluxionum primarum; Sit *e.g.* Fluxio data $\dot{x}\sqrt{2rxx - xx}$.



Centro C, Radio CB $= r$ deſcribatur Semicirculus AMB, ſit AP $= x$, erit PB $= 2r - x$ & MP $= \sqrt{2rx - xx}$, & P$p = \dot{x}$, unde Fluxio Areæ ſeu Parallelogrammum M$p = \dot{x}\sqrt{2rx - xx}$, & conſequenter ſumma omnium $\dot{x}\sqrt{2rx - xx}$, ſeu Fluens = Semiſegmento AMB.

Invenienda eſt jam Fluens $\frac{rx\dot{x}}{2\sqrt{rx - xx}}$. Ducantur AM, A*m* ad diſtantiam una ab altera infinite parvam, MP, *mp* Diametro AB inſiſtentes ad Angulos rectos, & MR normalis ad A*m*, tum (per Circuli proprietatem) AM $= 2rx$, & R*m* ejuſdem Fluxio $= \frac{r\dot{x}}{\sqrt{2rx}}$.

Quoniam autem Triangula APM, MR*m* ſimilia ſunt (Angulis ſcil. AMP & M*m*R æqualibus Circuli Angulis inſiſtentibus) habebis

$$PM\ (\sqrt{2rx-xx}) : AP\ (x) :: Rm\ \left(\frac{r\dot{x}}{\sqrt{2rx}}\right) : MR = \frac{rx\dot{x}}{\sqrt{2rx}+\sqrt{2rx-xx}}$$

ac proinde ſector infinite parvus $MAR = \frac{1}{2}AR \times MR = \frac{rx\dot{x}}{2\sqrt{2rx-xx}} =$ Fluxioni datæ, unde patet Segmentum AOMA Fluens eſſe Fluxionis datæ.

Requiratur invenire Fluentem $x\dot{x} \times 2\sqrt{2rx-xx}$



Centro C, Radio CA $= r$ deſcribatur Circulus AFEM & ſit AP $= x$, P$p = \dot{x}$, PE $= 2r - x$ Circumferentia AFEM $= c$, & ſumma omnium $\dot{x}x \times 2\sqrt{2rx-xx} = \frac{crr}{2}$.

1°. Sit jam inter Exempla *Neutoniana* Primum, *viz.* Æquatio quæ Fluentem & ejus Fluxionem primam involvit ſine altera Fluente,

$$\text{viz. } aa\dot{v} = av + vv$$

& complendo dimenſiones $av\dot{v} = av\dot{z} + vv\dot{z}$

Tum $\frac{aa\dot{v}}{av + vv} = \dot{z}$. Ponatur jam $\dot{v} = 1$.

Erit $\frac{aa}{av + vv} = \dot{z}$

Et F : $\frac{aa}{av + vv} = z$ ſeu quadrando Curvam cujus Ordinata eſt $\frac{aa}{av + vv}$ & Abſciſſa $v$ habebitur Fluens $z$, ſeu Curvæ Area.

2°. Sic pro Æquatione quæ duas ejuſdem Fluentis Fluxiones primam & ſecundam ſine alterutra Fluente involvit, viz. $aa\ddot{v} = a\dot{v}\dot{z} + \dot{v}\dot{v}$ vel

3°. Secundam & Tertiam, &c. uti $aa\ddot{v} = a\dot{v}\ddot{z} + \dot{v}^3$, & ſic porro ad Inf. quadrabuntur proceſſu ibidem a *Neutono* exhibito, quem conſulat Lector ut & pro occaſione horum & inſequentium Exemplorum ad Quadraturam Curvarum revocatorum. * Et ratio quidem eſt, quia tales Fluxiones, cujuſcunque ſint gradus, æquivalent tantum Fluxionibus primis, h. e. Quadraturæ Curvarum, ut ante dictum.

4°. Sit Æquatio $a - bx^m = cxy^n\dot{y} + dy^{2n}\dot{y}\dot{y}$. Ponatur $y^n\dot{y} = \dot{v}$. Erit $a - bx^m = cx\dot{v} + d\dot{v}\dot{v}$. Hæc Æquatio quadrando Curvam cujus Abſciſſa eſt $x$ & Ordinata $\dot{v}$, dat Aream $v$, & Æquatio altera $\dot{v} = y^n\dot{y}$ regrediendo ad Fluentes dat $v = \frac{1}{n+1}y^{n+1}$, unde habetur Fluens $y$.

5°. Sit $\overline{ax^m + bx^n}|^p = rex^{r-1}y^s + sex^r\dot{y}y^{s-1} - f\dot{y}y^t$ ſit $\dot{x} = 1$. Et pars poſterior $rex^{r-1}y^s + sex^r\dot{y}y^{s-1} - f\dot{y}y^t$ regrediendo ad Fluentes, fit $ex^ry^s - \frac{f}{t+1}y^{t+1}$ quæ proinde eſt ut Area Curvæ cujus Abſciſſa eſt $x$,

---

* *Vid. etiam* Schem. Neutonianum.

&

& Ordinata $\overline{ax^m + bx^n}|^p$, & inde datur Fluens $y$.

6°. Sit $\dot{x} \times \overline{ax^m + bx^n}|^p = \frac{d\dot{y}y^{n-1}}{\sqrt{ef + z^n}}$ & Fluens cujus Fluxio eſt $\dot{x} \times \overline{an^m + bx^n}|^p$ erit ut Area Curvæ cujus Abſciſſa eſt $x$ & Ordinata $\overline{ax^n + bx^n}|^p$ & Fluens cujus Fluxio eſt $\frac{d\dot{y}y^{n-1}}{\sqrt{e + fy^n}}$ erit ut Area Curvæ cujus Abſciſſa eſt $y$ & Ordinata $\frac{dy^{n-1}}{\sqrt{c + fy^n}}$.

* * *

CAP.

# CAP. XI.

## *De Comparatione Curvarum, &c.*

PRO Comparatione Curvarum Seriem Propoſitionum ad Infinitum pergentium exhibet *Neutonus* in Prop. 7 & 8 fundatam Propoſitio autem hujuſmodi eſt.

“ Poſitis $e + fz^{n} + gz^{2n} + hz^{3n}$, &c. ad Inf. $= R$ in Curvæ alicujus “ Ordinata $z^{\theta \pm \sigma n} R^{\lambda \pm \tau}$ maneant Quantitates datæ $\theta$, $n$, $\lambda$, $e$, $f$, $g$, &c. & “ pro $\sigma$ & $\tau$ ſcribantur ſucceſſive numeri quicunque Integri : Et ſi detur “ Area unius ex Curvis quæ per Ordinatas innumeras ſic produntes deſignantur, ſi Ordinatæ ſunt duorum Nominum in Vinculo Radicis, vel ſi dentur Areæ duarum ex Curvis ſi Ordinatæ ſunt trium “ Nominum in Vinculo Radicis, *&c.* dabuntur Areæ Curvarum “ omnium.

“ Sit *e. g.* Curvæ Unius Ordinata $pz^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ & Area $pA$ exiſtente “ R quantitate duorum nominum $e + fz^{n}$. Et cum per Prop. 3. ſit $z^{\theta} R^{\lambda}$ Area Curvæ cujus Ordinata $\left.\theta e + \begin{matrix}\theta \\ \lambda n\end{matrix} f\right\} z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ ſubduc Ordinatam & Aream priorem de Ordinata & Area poſteriori & manebit

$$\begin{array}{ll} \theta e + \overline{\theta + \lambda n}\, fz^{n} & \quad z^{\theta} R^{\lambda} \\ -p & \quad -pA \\ \hline \theta e - p + \overline{\theta + \lambda n}\, fz^{n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} & \quad z^{\theta} R^{\lambda} - pA = \end{array}$$

Ordinatæ & Areæ Novæ Curvæ. Fac jam $\theta - p = 0$, & Ordinata evadet $\overline{\theta + \lambda n} fz^{n} \times R^{\lambda-1}$, & Area $z^{\theta} R^{\lambda} - \theta eA$; divide utramque per $\theta f + \lambda nf$ & habebis $z^{\theta+n-1}$ pro Ordinata, & $\frac{z^{\theta} R^{\lambda} - eA}{\theta f + \lambda nf} = B =$ Areæ; & aſſumpta utcunque $q$ erit $qB$ Area Curvæ $= \frac{qz^{\theta} R^{\lambda} - q\theta eA}{\theta f + \lambda nf}$ congruentis Ordinatæ $qz^{\theta+n-1} R^{\lambda-1}$.

2°. Sumatur jam Ordinata $\left.\begin{matrix}\theta f\\ \lambda nf\\ -q\end{matrix}\right\} z^n + \left.\begin{matrix}\theta g\\ 2\lambda ng\end{matrix}\right\} z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$, &

$\theta f + \lambda nf - q = 0$; reſtat ergo $\overline{\theta + 2\lambda n}\, g z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ = Novæ Ordinatæ & $z^\theta R^\lambda - \theta f B - \lambda nf B$ pro nova Area. Dividatur pars utraque per $\theta g + 2\lambda ng$, & habebis $z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$. . . . . $\dfrac{z^\theta R^\lambda - \theta f B - \lambda nf B}{\theta g + 2n\lambda g}$

Et aſſumpta utcunque $r$ erit $rz^{\theta+2n-1} R^{\lambda-1}$. : . $\dfrac{rz^\theta R^\lambda - r\theta f B - r\lambda nf B}{\theta g + 2\lambda ng}$ = Novæ Ordinatæ & Areæ correſpondenti $= rC$.

3°. Sumatur jam $\left.\begin{matrix}\theta g\\ 2\lambda ng\\ -r\end{matrix}\right\} z^{2n} + \left.\begin{matrix}\theta b\\ 3\lambda nb\end{matrix}\right\} z^{3n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ . . . . . $z^\theta R^\lambda$.

Erit $\theta g + 2\lambda ng - r = 0$, ſeu $\theta g + 2\lambda ng = r$, & invenietur $\theta \overline{+ 3\lambda nb}\, z^{3n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ = alteri Novæ Ordinatæ & $z^\theta R^\lambda - rC$ = Areæ correſpondenti, hoc eſt (ob $r = \theta g + 2\lambda ng$) $z^\theta R^\lambda - \theta g C - 2\lambda ng C$. Dividatur jam pars utraque per $\theta b + 3\lambda nb$, & habebis $z^{3n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ & $\dfrac{z^\theta R^\lambda - \theta g C - 2\lambda ng C}{\theta b + 3\lambda nb} = D$, & aſſumpta utcunque $s$ erit Ordinata $sz^{\theta+3n-1} R^{\lambda-1}$, & Area $\dfrac{sz^\theta R^\lambda - s\theta g C - 2s\lambda ng C}{\theta b + 3\lambda nb} = sD$, & ſic porro.

Adeo ut Series Ordinatarum & Arearum ſic ſe habebit

| Ord. | Areæ. |
|---|---|
| $pz^{\theta-1} \quad R^{\lambda-1}$ . . . . . . . . . : | $pA$ |
| $qz^{\theta+n-1} R^{\lambda-1}$ . . . . . . | $z^\theta R^\lambda - pA = \dfrac{qz^\theta R^\lambda - q\theta e A}{\theta f + \lambda nf}$ |
| $rz^{\theta+2n-1} R^{\lambda-1}$ . . . . . . . | $z^\theta R^\lambda - qB = \dfrac{rz^\theta R^\lambda - \theta r f B - r\lambda nf B}{\theta g + 2\lambda ng}$ |
| $sz^{\theta+3n-1} R^{\lambda-1}$ . . . . . . . | $z^\theta R^\lambda - rC = \dfrac{sz^\theta R^\lambda - s\vartheta g C - 2s\theta ng C}{\theta b + 3\lambda nb}$, &c. |

ad Inf. in genere Binomio.

Sit jam $R = e + fz^n + gz^{2n}$. Pro Curvis Trinomiis quæ ope duarum Curvarum datarum quadrantur; ex datis ſcil. Ordinatis $pz^{\theta-1}R^{\lambda-1}$ & $qz^{\theta+n-1}R^{\lambda-1}$ & Areis $pA$ & $qB$.

$$\begin{matrix} & & \text{Ord.} & & \text{Ar.}\\ \text{Aſſumatur} & \theta e + \left.\begin{matrix}\theta f\\ \lambda nf\end{matrix}\right\} z^n & \left.\begin{matrix}+\theta g\\ 2\lambda ng\end{matrix}\right\} z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} & .. & z^\theta R^\lambda\\ \text{Subducantur} & p\ ..\ q\ . & . \quad . \quad . \quad . \quad . \quad . \quad . \quad . \quad . & .. & pA\ ..\ qB\end{matrix}$$

$$\overline{\left.\begin{matrix}\theta e +\\ -p\\ \phantom{-q}\end{matrix}\ \begin{matrix}\theta f\\ \lambda nf\\ -q\end{matrix}\right\} z^n \left.\begin{matrix}+\theta g\\ 2\lambda ng\end{matrix}\right\}} z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}\ ..\ \overline{z^\theta R^\lambda - pA - qB} =$$

Novæ Ordinatæ & Areæ. Pone jam $\theta e - p = 0$, & $\theta f + \lambda nf - q = 0$, & Ordinata evadet $\overline{\theta g + 2\lambda ng}\, z^{\theta+2n-1} R^{\lambda-1}$, & Area $z^\theta R^\lambda - \theta eA - \theta fB - \lambda nfB$. Dividatur pars utraque per $\theta g + 2\lambda ng$, & habebis

$$z^{\theta+2n-1}R^{\lambda-1}\ .\ .\ .\ .\ .\ .\ .\ .\ .\ .\ \frac{z^\theta R^\lambda - \theta eA - \theta fB - \lambda nfB}{\theta g + 2\lambda ng},$$ & aſſumpta utcunque $r$, erit $rz^{\theta+2n-1}R^{\lambda-1} =$ Ordinatæ, &

$$\frac{rz^\theta R^\lambda - \theta reA - \theta rfB - \lambda nfB}{\theta g + 2\lambda ng} = rC = \text{Areæ.}$$

Sunto jam duarum Curvarum Ordinatæ $qz^{\theta+n-1}R^{\lambda-1} \times rz^{\theta+2n-1}\overline{R}^{\lambda-1}$ & Areæ $qB$ & $rC$

$$\text{Aſſumatur} \left.\begin{matrix}\theta e +\\ -p\\ \phantom{-q}\end{matrix}\ \begin{matrix}\theta f\\ \lambda nf\\ -q\end{matrix}\right\} z^n + \left.\begin{matrix}\theta g\\ 2\lambda ng\\ -r\end{matrix}\right\} z^{2n} \left.\begin{matrix}\theta h\\ 3\lambda nh\end{matrix}\right\} z^{3n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1},\ \text{\& Area } z^\theta R^\lambda.$$

Ponantur $\theta e - p = 0$. $\theta f + \lambda nf - q = 0$, & $\theta g + 2\lambda ng - r = 0$. Et erit $\overline{\theta h + 3\lambda nh}\, z^{3n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1} =$ Ordinatæ novæ, & $z^\theta R^\lambda - qB - rC =$ ejuſdem Areæ, hoc eſt $z^\theta R^\lambda - \theta fB - \lambda nfB - \theta gC - 2\lambda ngC =$ Areæ; diviſaque utraque parte per $\theta h + 3\lambda nh$, habebis $z^{\theta+3n-1}R^{\lambda-1}$ & $\dfrac{z^\theta R^\lambda - \theta fB - \lambda nfB - \theta gC - 2\lambda ngC}{\theta h + 3\lambda nh}$, & aſſumpta utcunque $s$ erit

$$\frac{sz^\theta R^\lambda - \theta sfB - \lambda nsfB - \theta gsC - 2\lambda ngsC}{\theta h + 3\lambda nh} = \text{Areæ Curvæ cujus Ordinata eſt}$$ $sz^{\theta+3n-1}R^{\lambda-1}$.

Sunto jam duarum Curvarum Ordinatæ $rz^{\theta+2n-1}R^{\lambda-1}$ & $sz^{\theta+3n-1}R^{\lambda-1}$, & earundem Areæ $r$C & $s$D.

Aſſumatur $\left.\begin{array}{l}\theta e+\theta f\\ -p\quad \lambda nf\\ \quad\; -q\end{array}\right\} z^{n} + \left.\begin{array}{l}\theta g\\ 2\lambda ng\\ -r\end{array}\right\} z^{2n} + \left.\begin{array}{l}\theta h\\ 3\lambda nh\\ -s\end{array}\right\} z^{3n} + \left.\begin{array}{l}\theta k\\ 4\lambda nk\end{array}\right\} z^{4n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$,

factis jam $\theta e - p = 0$. $\theta f + \lambda nf - q = 0$. $\theta g + 2\lambda ng - r = 0$. $\theta h + 3\lambda nh - s = 0$. Erit $\overline{\theta + 4\lambda n} \times kz^{4n} \times z^{\theta-1}R^{\lambda-1} =$ Ordinatæ & $z^{\theta}R^{\lambda} - r\text{C} - s\text{D} =$ Areæ. Hoc eſt $z^{\theta}R^{\lambda} - \theta g\text{C} - 2\lambda ng\text{C} - \theta h\text{D} - 3\lambda nh\text{D} =$ Areæ. Dividatur pars utraque per $\theta k + 4\lambda nk$; & habebis $z^{\theta+4n-1}R^{\lambda-1}$ & $\frac{z^{\theta}R^{\lambda} - \theta g\text{C} - 2\lambda ng\text{C} - \theta h\text{D} - 3\lambda nh\text{D}}{\theta k + 4\lambda nk}$ & aſſumpta utcunque $t$ erit $tz^{\theta+4n-1} =$ Ordinatæ Curvæ cujus Area eſt $\frac{tz^{\theta}R^{\lambda} - \theta tg\text{C} - 2\lambda ntg\text{C} - \theta ht\text{D} - 3\lambda nht\text{D}}{\theta k + 4\lambda nk}$, & par eſt Ratio procedendi in Multinomiis omnibus ad Infinitum, quæ ſub formulis ſeu Theorematis hiſce Infinitis cadunt, quæque Geometricam Quadraturam non patiuntur. Et duabus quibuſcunque datis (vel ubicunque ſumptis) tam regredi quam progredi licet quouſque libuerit. Sed reſtat Caſus Secundus qui hujuſmodi eſt.

*Caſ.* 2. Sint jam Ordinatæ $pz^{\theta-1}R^{\lambda}$. $qz^{\theta+n-1}R^{\lambda}$ quibus reſpondent $p$A & $q$B Areæ, ſcil. $pz^{\theta-1}R^{\lambda}$ & $qz^{\theta+n-1}R^{\lambda}$, ducatur unaquæque in R & ad R rurſus applicetur, & habebis

R) $pz^{\theta-1}R^{\lambda+1}$ ($pz^{\theta-1}R^{\lambda} = z^{\theta-1}R^{\lambda-1} \times pe + pfz^{n} + pgz^{2n} + phz^{3n}$, &c.

R) $qz^{\theta+n-1}R^{\lambda+1}$ ($qz^{\theta+n-1}R^{\lambda} = qz^{\theta-1}R^{\lambda-1} \times qe + qfz^{n} + qgz^{2n}$, &c.

Aſſumatur e Prop. Tertia *Neutoniana* Areæ & Ordinatæ Mediantes.

| Ar. | Ord. |
|---|---|
| $az^{\theta}R^{\lambda}$ . . . . . | $\overline{\theta ae + \theta af + \lambda naf}\, z^{n} + \left.\begin{array}{l}\theta ag\\ 2\lambda nag\end{array}\right\} z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$ |
| $bz^{\theta+n}R^{\lambda}$ . . . . . . . | $\overline{\theta be + nbe}\, z^{n} + \left.\begin{array}{l}\theta bf\\ nbf\\ \lambda nbf\end{array}\right\} z^{2n} \times z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$, &c. |

& harum quatuor Arearum ſumma eſt $p\text{A} + q\text{B} + az^{\theta}R^{\lambda} + bz^{\theta+n}R^{\lambda}$ & ſumma Ordinatarum reſpondentium

$\theta ae$

$$\begin{array}{r}\theta ae+\\ pe+\end{array} \left.\begin{array}{r}\theta af\\ \lambda naf\\ \theta be\\ pf\\ qe\end{array}\right\} z^{n} \quad \left.\begin{array}{r}\theta ag\\ 2\lambda nag\\ \theta bf\\ \lambda nbf\\ pg\\ qf\end{array}\right\} z^{2n} \quad \left.\begin{array}{r}\theta bg\\ nbg\\ 2\lambda nbg\\ qg\end{array}\right\} z^{3n}\times z^{\theta-1}\ R^{\lambda-1}$$

ponatur primus Terminus $=0$ ſeu $\theta ae + pe = 0$ & $\theta ae = -pe$ & $\theta a = -p$. Unde

2°. $\theta af + \lambda naf + \theta be + nbe - \theta af + qe = 0$. Unde evaneſcit $p$ in Definitione $q$) Unde

3°. $\theta ag + 2\lambda nag + \theta bf + nbf + \lambda nbf + pg + qf = 0$. Unde rurſus evaneſcit $p$ in Def. $q$. Unde

4°. $\theta bg + nbg + 2\lambda nbg + qg = 0$. Et $qg = -\theta b - nb - 2\lambda nb$. Inde perterium eliminando ($p$ & $q$)

$\theta ag + 2\lambda nag + \theta bf + nbf + \lambda nbf - \theta ag - \theta bf - nbf - 2\lambda nbf = 0$, ſeu $2\lambda nag - \lambda nbf = 0$, & $2\lambda nag = \lambda nbf$ ſeu $2ag = bf$ & $\frac{2ag}{f} = b$. Unde ſecundus, ſcil. $\theta af + \lambda naf + \theta be + nbe + pf + qe$ evadit $\theta af + \lambda naf + \frac{2\theta age}{f} - \theta af - \frac{2\theta age}{f} - \frac{2nage}{f} - \frac{4\lambda nage}{f} = \frac{\lambda naff - 4\lambda nage}{f} =$ ſecundo Termino; adeoque ſumma quatuor Ordinatarum eſt $\frac{\lambda naff - 4\lambda nage}{f} z^{\theta+n-1} R^{\lambda-1}$, & ſumma totidem reſpondentium Arearum eſt $az^{\theta} R^{\lambda} + \frac{2ag}{f} z^{\theta+n} R^{\lambda} - \frac{\theta a A - 2^{\theta} + 2^{n} + 4^{\lambda n}}{f} agB$ ( eſt enim $q = -\frac{2\theta ag}{f} - \frac{2nag}{f} - \frac{4\lambda nag}{f}$) dividantur hæ ſummæ per $\frac{\lambda naff + 4\lambda nage,}{f}$ ſcil. per Coefficientem ſummæ Ordinatarum, & ſi quotum poſterius dicatur D erit D Area Curvæ cujus Ordinata eſt quotum prius $z^{\theta+n-1} R^{\lambda-1}$, &c. Q. E. I.

Jam pro Ordinata $z^{\theta-1} R^{\lambda-1}$

$\left.\begin{array}{r} -\theta b - nb - 2\lambda nb = q\\ \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda nf} = b\end{array}\right\}$ tum exterminando inventas $b$ & $q$ in ſecundo

Termino invenitur $p$ quæ ſubſtituenda eſt in primo Termino, ſcil. $\theta af + \lambda naf + \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda nf} \times \theta e + ne \left(= b \times \overline{\theta e + ne} = \theta be + nbe\right) + pf - \theta be - nbe - 2\lambda nbe = 0$ ſeu $\theta af + \lambda naf + pf - 2\lambda nbe = 0$, & ſubſtituendo $b$ in $2\lambda nbe$ habebis $\frac{\theta aff + \lambda naff - 2\theta age - \lambda nage - f}{2ge - ff} = p$ & $\frac{\lambda naffe - 4\lambda nagee - fe}{2ge - ff} = pe + \theta ae$. Unde poſitis ut ante $-\theta b - nb - 2\lambda nb = q$ & $\frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda nf} = b$, & $\frac{\theta aff + \lambda naff - 2\theta age - 4\lambda nage - f}{2ge - ff} = p$. Erit 1. $\frac{\lambda naffe - 4\lambda nagee - fe}{2ge - ff} z^{\theta - 1} R^{\lambda - 1} =$ Ordinatæ. Et $az^{\theta} R^{\lambda} + \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda nf} z^{\theta + n} R^{\lambda} - \frac{\theta aff + \lambda naff - 2\theta age - 4\lambda nage - f}{2ge - ff} \times A$ $\left(-\overline{\theta b - nb - 2\lambda nb}\, B =\right) \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda nf} \times \overline{\theta - n - 2\lambda n} \times B$; Et dividendo utrinque ſummas haſce inventas

$$\frac{az^{\theta}R^{\lambda} + \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda^{n}f} z^{\theta + n}R^{\lambda} - \frac{\theta aff + \lambda naff - 2\theta age - 4\lambda nage - f}{2ge - ff} A - \frac{\theta ag + 2\lambda nag + pg}{\lambda^{n}f} \times \frac{\theta - n - 2\lambda n}{\lambda^{n}f} B}{\frac{\lambda naffe - 4\lambda nagee - fe}{2ge - ff}} =$$

$C =$ Areæ, cujus Ordinata eſt $z^{\theta - 1} R^{\lambda - 1}$.

## *SCHOLIUM.*

Conſimili prorſus proceſſu agendum eſt in aliis Caſibus harum Propoſitionum & patet etiam aditus ad Propoſitiones ulteriores quæ in hujuſmodi Seriebus pergunt ad Infinitum. Uti $pz^{\theta - 1} R^{\lambda}$ & $z^{\theta + n - 1} R^{\lambda}$ quibus reſpondebant $pA$ & $qB$ evaſerunt $pe + pfz^{n} + pgz^{2n} \times z^{\theta - 1} R^{\lambda - 1}$ & $qez^{n} + qfz^{2n}$, &c. $\times z^{\theta - 1} R^{\lambda - 1}$, ita $rz^{\theta - 1} R^{\lambda - 1}$ & $sz^{\theta + n - 1} R^{\lambda - 1}$, quibus reſpondent $rD$ & $sC$, ſi in $e + fz^{n}$, &c. ut antea ducantur & ad eandem applicentur evadent $\overset{(\alpha)}{r}\,z^{\theta-1}R^{\lambda-2}\times re+rfz^{n}+rgz^{2n}$, &c. & $\overset{(\beta)}{s}\,qz^{\theta+n-1}R^{\lambda-2}\,sez^{n}+\times sfz^{2n}$, &c. ita $\alpha z^{\theta-1}R^{\lambda-2}$, quibus reſpondebant, &c. $\alpha$E & $\beta$F ſi ut antea ducantur & applicentur, evadent $\alpha z^{\theta-1}R^{\lambda-3}$ & $\beta z^{\theta+n-1}R^{\lambda-3}$, &c. ad Infinitum; & hujuſmodi proceſſus in Prop Octava & cæteris quæ formari conſimili modo poſſint, continuantur ad Infinitum.

D. *Cheyne* Loco Arearum, Fluentes Fluxionum datarum inter ſe comparat ut ſequitur. *Vid.* pag. 94.

*Caſ.* 1. Ubi Fluxiones datæ eadem indeterminata exprimuntur, & nullis clauduntur Vinculis aut Radicalitatibus inſtituitur comparatio per Vulgarem Diviſionem, *v. g.* F : $x^{m}\dot{x}$ eſt ad F : $x^{n}\dot{x}$ eſt $\frac{n+1}{m+1}x^{m-n}$.

*Caſ.* 2. Ubi Fluxiones datæ eadem indeterminata exprimuntur, & iiſdem Vinculis, iiſdemque Quantitatibus ſub Vinculis comprehenſis gaudent, ponit alteram Fluxionem $=\dot{A}$ comparandam cum altera $\dot{B}$, & Canonem pro Fluente A per Methodos antea traditas inveniendum $=$ C & ultimi Termini in eo Canone abrumpentis Coefficientem $=$Q; item Canonem pro Fluenti ipſius $\dot{B}=$ D & Termini ultimo abrumdentis Coefficientem $=$ P; eritque, inquit, ſemper $A=mQB+C$ & $B=nPA+D$. Adeoque $A=\frac{mQB+C}{1-mnPQ}$, & $B=\frac{nPC+D}{1-mnPQ}$; itemq; $\frac{A}{B}=\frac{mQD+C}{nPC+D}$. Ubi $m$ & $n$ ex dato Caſu quocunqve ſunt Quantitates datæ.

*Caſ.* 3. Ubi Fluxiones datæ eadem indeterminata exprimuntur, ſed aut diverſis Vinculis, aut diverſis Quantitatibus ſub Vinculo comprehenſis, vel & diverſis Vinculis & diverſis Quantitatibus ſub Vinculo comprehenſis gaudent, inſtitui poterit per *Caſ.* precedentem utriuſque Fluentium Comparatio cum Fluente Fluxionis ortæ ex producto Quantitatum per Vincula ſignificatarum in Fluxionem indeterminatæ, adeoqne & ſic haberi poterit alterius ad alteram relatio. Verum hic non procedunt Conditiones finitæ rationis talium Fluentium ni res degeneret in Caſum ſecundum aut primum.

CAP.

# CAP. XII.

## *De Transformatione Curvarum.*

PRoximum *Neutoni* Principium pro Quadraturis promovendis ratione nititur e ſexto Elementorum petita, ex Conſideratione quod ea Rectangula ſint Æqualia quorum Latera reciproce proportionalia ſunt, unde, ſcil. æquantur Curvarum Areæ quarum Ordinatæ ſunt reciproce ut Fluxiones Abſciſſarum. Quia ſcil, Elementa Curvarum ſeu Fluxiones Arearum quaſi talia conſtituant Rectangula, cum Ordinatæ inter ſe parallelæ ſint, & Axi ad Angulos rectos inſiſtant, & hinc quidem exurgit Fundamentum Comparationibus Innumeris e quibus quaſdam in Corollariis ſequentibus explicat. Sit *e. g.* 1. Ordinata $z^{\theta-1} \times \overline{e+fz^{n}+gz^{2n}, \&c.}|^{\lambda}$. Et ſumpta Quantitate quacunque pro $\nu$ factaque $z^{\frac{n}{\nu}} = x$, erit $z^{\nu} = x^{\nu}$ unde $n\dot{z}z^{n-1} = \nu\dot{x}x^{\nu-1}$ & $\dot{z} = \frac{\nu\dot{x}x^{\nu-1}}{nz^{n-1}}$ & (ob $x^{\nu-1} = z^{n-1}$) erit quoque $\dot{z} = \frac{\nu\dot{x}}{n}$. Sed $\dot{x} : \dot{z} :: z^{\theta-1} : \frac{\dot{z}z^{\theta-1}}{\dot{x}}$ & $z^{\theta-1} = x^{\frac{\nu\theta-n}{n}}$. Unde $\dot{z}z^{\theta-1} = \frac{\frac{\nu\dot{x}}{n}x^{\frac{\nu\theta-n}{n}}}{\dot{x}} = \frac{\nu}{n}z^{\frac{\nu\theta-n}{n}}$, &c. & *Coroll.* 3 & 4. eodem modo ſequuntur. Sit jam in *Coroll.* 5. $z^{\theta-1} \times \overline{e+fz^{n}+gz^{2n}}|^{\lambda}$

fac $\frac{1}{z} = x = z^{-1}$
erit $x^{\theta} = z^{-\theta}$
ſeu $x^{-\theta} = z^{\theta}$
& $x^{-\theta-1} = z^{\theta-1} = x^{\frac{1}{\theta+1}}$

Eodem modo rurſus quia

$$\frac{1}{z} = x = z^{-1}$$

ſeu $\frac{1}{z} = x$ erit $1 = zx$

& $\frac{1}{x} = x^{-1} = z$

& $x^{-n} = z^{n}$ unde

$$z^{\theta-1} \times \overline{e + fz^{n} + gz^{2n}}|^{\lambda} = \frac{1}{x^{\theta+1}} \times \overline{e + fx^{-n} + gx^{-2n}}|^{\lambda} = \frac{1}{x^{\theta+1+2\lambda n}} \times$$

$\overline{g + fx^{n} + ex^{2n}}|^{\lambda}$. Eodem modo $z^{\theta-1} \times \overline{e + fz^{n} + gz^{2n} + hz^{3n}}|^{\lambda} = \frac{1}{x^{\theta+1}}$ $\times \overline{e + fx^{-n} + gx^{-2n} + hx^{-3n}}|^{\lambda} = \frac{1}{x^{\theta+1+3\lambda n}} \times \overline{e + fx^{n} + gx^{2n} + hz^{3n}}|^{\lambda}$ &c. & ſic pro cæteris. Ut jam data quavis Fluxione, ſeu Curvæ Elemento, proponatur eandem transformare in aliam quamcunque, quæ ſit Elementum ſeu Fluxio Areæ, Curvæ alterius, priori æqualis.

*Aſſumenda eſt Indeterminata nova x in data quavis ratione ad Priorem z (quæ ſupponitur eſſe Axis in Tranſmutanda data;) & aſſumpta hæc x erit Axis in Curva quæ quæritur. Jam*

1°. Inveniantur Valores $z$ & $y$ in Terminis $x$ expreſſi.

2°. Sumatur Fluxio Novæ Abſciſſæ $x$.

3°. Inſtituatur Proportio cujus primus Terminus ſit Fluxio Novæ Abſciſſæ; Fluxiones primæ Abſciſſæ & Ordinatæ expreſſæ per Novam $z$ ſint Termini ſecundus & tertius, & quartus Terminus hinc Oriundus erit Ordinata tranſmutatæ; & Rectangulum extremorum erit Elementum Areæ tranſmutatæ, & Rectangulum ſeu factum a mediis erit Elementum Curvæ propoſitæ.

Sit jam ſecunda illa Ordinata in prima Tabula *Neutoniana*, viz. $\frac{dz^{n-1}}{e+fz^{n}}$, ut tranſmutetur hæcce jam Curva in aliam priori æqualem, cujuſque Axis erit $x$. Aſſume $x = z^{n}$. Inde autem $z = x^{\frac{1}{n}}$, & $z^{n-1} = x^{1-\frac{1}{n}}$. $\dot{x} = \frac{1}{n}\dot{z}z^{n-1}$ & $\frac{dz^{n-1}}{e+fz^{n}} = \frac{dx^{1-\frac{1}{n}}}{e+fx}$. Jam inſtituenda eſt proportio $\dot{x} : \dot{z}\ (= \frac{1}{n}x^{\frac{1}{n}-1}\dot{x}) :: \frac{dz^{n-1}}{e+fz^{n}}\ (= \frac{dx^{1-\frac{1}{n}}}{e+fx}) : \frac{d}{n \times \overline{e+fx^{n}}}$ Quartus hic Terminus erit Ordinata tranſmutatæ, cum Elementum, ſcil. factum ab Extremis æquatur facto a Mediis ; & Rectangulum e mediis eſt Elementum Curvæ propoſitæ ; & ejuſdem Area æqualis erit Areæ propoſitæ ſeu facto ab extremis.

Erit itaque F : $\frac{d\dot{x}}{n\times e+fx}$ ſeu Area Tranſmutatæ, æqualis Areæ propoſitæ, *viz.* Areæ Curvæ cujus Ordinata eſt $\frac{dz^{n-1}}{e+fz^n}$. Hoc brevius fit aliquando ſubſtituendo pro primo Termino proportionis, Fluxionem $\dot{x}$ expreſſam per $z$, pro ſecundo & tertio $\dot{z}$ & $\frac{dz^{n-1}}{e+fz^n}$ & quartus inde proveniens erit Ordinata transformatæ, poſtea exprimendæ per $x$. In Exemplo ultimo ubi $z^n = x$ Proportio erit $\dot{x} = n\dot{z}z^{n-1} : \dot{z} :: \frac{dz^{n-1}}{e+fz^n} : \frac{d}{n\times e+fz^n}$ & ſubſtituendo $x$ loco $z^n$ Ordinata Transformatæ erit $\frac{d}{n\times e+fx}$. Et Elementum ejuſdem Areæ erit $\frac{d\dot{x}}{n\times e+fx^n}$. Sed $\frac{d\dot{x}}{n\times e+fx} = \frac{1}{n}\times\frac{d\dot{x}}{e+fx}$ (& ſupponendo quod $d$ ſit Quadratum in Hyperbola Æquilatera, *i. e.* quod $d =$ *AG x KG, & quod $ef = 1$, $e =$ KF, $x =$ FI) eſt Elementum Spatii Quadrilateri Hyperbolici FI*if* ducti in $\frac{1}{n}$, & $\frac{1}{n} \times$ F : $\frac{dx}{e+fx}$ eſt Quadrilaterum illum ſuppoſitum tanquam datum. Hoc modo Fluens Fluxionis $\frac{dz^{n-1}\dot{z}}{e+fz^n}$ æqualis eſt Spatio Hyperbolico inter Aſymptotos FI*if* Hyperbolæ æquilateræ ducto in $\frac{1}{n}$. Et ſi animus ſit Lectori, poſſit Fluentes Fluxionum $\frac{dz^{2n-1}\dot{z}}{e+fz^n}$, $\frac{dz^{3n-1}\dot{z}}{e+fz^n}$, &c. ex hac data invenire per Caput precædens, & inventas more *Nentoniano* in Tabulas referre.

---

* *Vid. Schem. Notat. ſub Calcem annexum.*

Et eodem modo pro $dz^{\frac{1}{2}n-1}\times\overline{e+fz^n}^{\,-1}$, &c. pro cedere licet ponendo ſcil. $\sqrt{\frac{d}{e+fz^n}} = x$, &c. ad Infinitum.

Sit $\frac{d}{z}\dot{z}\sqrt{e+fz^n}$ Elementum Curvæ, cujus Ordinata $\frac{d}{z}\sqrt{e+fz^n}$; Hoc dependet ex Quadratura Hyperbolæ vel Ellipſeos, ſeu ad F: $-\dot{x}\sqrt{f+exx}$, ſupponendo $z^{\frac{1}{n}}$ ſeu $z^{-n} = xx$. Unde $z^{-\frac{1}{2}n} = x$. $x^{\frac{1}{2}n} = x^{-1}$, & $z^n = x^{-2}$, & $-\frac{1}{2}nz^{-\frac{1}{2}-1}\dot{z} = \dot{x}$. Tum $\dot{x}\,(-\frac{1}{2}nz^{-\frac{1}{2}n-1}\dot{x}:)$ $\dot{z} : dz^{-1}\times\sqrt{e+fz^n} : \frac{2d}{-n}z^{\frac{1}{2}n}\sqrt{e+fz^n}$, & ſubſtituendo $x$ pro $z$ in Termino noviſſimo, habebitur $\frac{2d}{-n}x^{-2}\times\sqrt{f+exx}$; & multiplicando per $\dot{x}$ habebis pro tranſmutata $\frac{2d}{-n}x^{-2}\dot{x}\times\sqrt{f+exx}$. Et ſupponendo tanquam cognitam F: $-\dot{x}\times\sqrt{f+ex^2}$ invenietur per Problema præcedens Fluens $\frac{2a}{-n}x^{-2}\dot{x}\sqrt{f+ex^2}$ Fluens, ſcil. Fluxionis propoſitæ.

Ponatur jam tranſmutare $\frac{d\dot{z}}{ff+zz}$ in hanc, viz. $-\frac{d\dot{x}}{2\sqrt{x-ffx^2}}$ (quæ Elementum eſt Sectoris Circuli ubi $ff$ ſumitur pro Unitate arbitraria quæ eſt etiam Circuli Diameter) faciendo $z = \sqrt{\frac{1}{x}-ff}$; unde $z^2 = \frac{1}{x}-ff$ & $zz+ff = \frac{1}{x}$ & $\overline{zz+ff}|^2 = \frac{1}{x^2}.\ \frac{1}{x} = \frac{1}{zz+ff} = \overline{zz+ff}|^{-1}$ &

$$xx = \overline{zz+ff}|^{-2} \ \& \ \dot{x} = -\frac{2z\dot{z}}{\overline{zz+ff}|^2}.$$

$$\text{Tum } \dot{x}\left(-\frac{2z\dot{z}}{\overline{zz+ff}|^2}\right) : \dot{z} :: \frac{d}{ff+zz} : \left.\frac{\frac{d\dot{z}}{ff+zz}}{\frac{-2z\dot{z}}{\overline{zz+ff}|^2}}\right\} = \frac{d\dot{z}\times\overline{zz+ff}|^2}{2ffz\dot{z}+2z^3\dot{z}}$$

=

$= \frac{d \times \overline{zz + ff}|^2}{2z \times \overline{ff + zz}} =$ (ſubſtituendo Valorem $z$) $- \frac{d}{2\sqrt{x - ffxx}}$ quoniam

$$\frac{-\frac{d}{x}}{2\sqrt{\frac{1}{x} - ff}} = - \frac{d}{2x\sqrt{\frac{1}{x} - ff}} = - \frac{d}{2\sqrt{xx}\sqrt{\frac{1}{x} - ff}} = - \frac{d}{2\sqrt{\frac{xx}{x} - ffxx}}$$

$= - \frac{d}{2\sqrt{x - ffxx}}$ & multiplicando quartum hunc Terminum per primum $\dot{x}$ habebitur $- \frac{d\dot{x}}{2\sqrt{x - ffxx}} =$ Elemento Sectoris Circuli ducto in conſtantem $- a$. Quod & adhuc ducendus eſt in $\frac{1}{4}$ ex Hypotheſi quod $f$ ſit tam Unitas arbitraria quam Circuli Diameter.

Sit denique Curvæ illius (olim a *Leibnitio* ad *Oldenburgum* propoſitæ) Elementum $- \frac{8r^5xx\dot{x}}{\overline{rr + xx}|^3}$. Ponatur $xx = \frac{2r^3 - rru}{u}$ erit $xxu = 2r^3 - rru$ & (capiendo Fluxiones) $2x\dot{x}u + xx\dot{u} = - rr\dot{u}$ ſeu $2x\dot{x}u = - rr\dot{u} - xx\dot{u}$

& $\dot{x} = - \frac{rr\dot{u} - xx\dot{u}}{2u\frac{r}{u}\sqrt{2ru - uu} = 2xu}$ ſeu $\dot{x} = \frac{\overline{rr - xx} \times \dot{u}}{\frac{2ru}{u}\sqrt{2ru - uu}} = \frac{\overline{rr - xx}\dot{u}}{2r\sqrt{2ru - uu}}$.

Et $\dot{x} = \frac{\frac{rr\dot{u}}{1} - \frac{2r^3\dot{u} - rru\dot{u}}{u}}{2r\sqrt{2ru - uu}} = \frac{\frac{rru\dot{u} - 2r^3\dot{u} - rru\dot{u}}{u}}{2r\sqrt{2ru - uu}} = - \frac{2r^3\dot{u}}{2ru\sqrt{2ru - uu}}$

$= - \frac{rr\dot{u}}{u\sqrt{2ru - uu}}$; & inſtituendo proportionem $\dot{u} : \dot{x}$ $(= - \frac{ru\dot{u}}{u\sqrt{2r - uu}})$

$:: - \frac{8r^5x^2}{\overline{rr + xx}|^3}$ $(- \frac{2ruu + u^3}{rr})$: $\frac{2ru - uu}{\sqrt{2ru - uu}} = \sqrt{2ru - uu}$, & habebis $\dot{u}\sqrt{2ru - uu}$ pro Fluxione transformatæ ſeu tranſmutatæ; & $F : \dot{u}\sqrt{2ru - uu}$ exprimet Aream Circuli.

# CAP. XIII. *ſeu* CONCLUSIO.

## *Synopſis ſeu Syllabus Summatorius Inventionum in præcedentibus exhibitarum,* &c.

UT jam Concluſionis loco ſummatim agamus; ex præcedentibus ſatis, credo, patebit celeberrimum *Neutonum* primum extitiſſe hujuſce Methodi (quocunque demum nomine appelletur) Authorem; & *Leibnitium* non niſi longo poſt temporis intervallo in eundem incidiſſe, ſiquidem id a Commercio quod habuerit Epiſtolico cum *Neutono* non mutuatus fuerit; quod ſemper ſuſpicati ſunt non pauci, Dum vero hæc ſub prælo eſſent, & magna ex parte impreſſa, prodiit Liber *Societatis Regiæ juſſu* Commercium Epiſtolicum D. *Johannis Collins*, & aliorum de Analyſi promota continens. Ubi tota Controverſia de Methodi ſive *Fluxionum* ſive *Differentialis* Authore ex *Neutoni & Leibnitii* autographis fuſius & clarius explicatur. Loco ergo eorum quæ hiſce prius ſubnexa habuiſſemus eo tendentia, ex eo ipſo Libro breviter delibata congeremus; ex quo ergo conſtat *Neutonum* ante Annos 64 & 65 hanc Methodum inveniſſe, & extractionem Radicum in Speciebus, & etiam Fluxiones omnes exinde ad Infinit. primas, ſecundas, &c. deſignaſſe hoc modo, viz, per $\overline{x+o}|^{\frac{m}{n}}$ in Seriem

$$x^{\frac{m}{n}} + \frac{m}{n} ox^{\frac{m-n}{n}} + \frac{m^2 - mn}{2n^2} oox^{\frac{m-2n}{n}} + \frac{m^3 - 3m^2n - 2mn^2}{6n^3} ooox^{\frac{m-3n}{n}}, \text{ \&c.}$$

